LA

STORIA ROMANA

DI

TITO LIVIO

COI SUPPLEMENTI

DEL

FREINSEMIO

TRADOTTA

DAL CAVALIERE

LUIGI MABIL

COL TESTO A FRONTE

VOLUME VIGESIMO

BRESCIA

PER NICOLÒ BETTONI

MDCCCXIV

Digitized by Google

Digitized by Google

STORIA ROMANA

DI

TITO LIVIO

LIBRO VIGESIMO SESTO

Digitized by Google

TITI LIVII
PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA LIBRI.

EPITOME

LIBRI VIGESIMI SEXTI

Hannibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit. ipse vero cum duobus millibus equitum usque ad ipsam Capenam portam, ut urbis situm exploraret, obequitavit. et quum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit: nam, quum in castra rediissent, statim serenitas erat. Capua capta est a Q. Fulvio et Ap. Claudio consulibus. Principes Campanorum veneno sibi consciverunt mortem. Quum senatus Campanorum deligatus esset ad palos, ut securi

Digitized by Google

STORIA
DI
TITO LIVIO
PADOVANO

DALLA FONDAZIONE DI ROMA.

EPITOME

DEL LIBRO VIGESIMO SESTO.

Annibale si accampò a tre miglia da Roma, al di sopra del fiume Aniene; egli stesso con due mila cavalli cavalcò sino alla porta Capena per osservare la situazione della città. Ed essendo per tre giorni continui uscito a battaglia tutto l' esercito d' ambe le parti, un temporale impedì sempre lo scontro dell' armi; perciocchè, com' erano tornati agli alloggiamenti, subito v' era serenità. Capua è presa dai consoli Quinto Fulvio, ed Appio Claudio; i primati dei Campani si diedero la morte col veleno. Mentre il senato di Capua stava legato al palo per essere

decapitato, il console Quinto Fulvio si ripose in seno, senza leggerle, le lettere speditegli dal senato, che gli ordinavano di perdonare; e volle, che si eseguisse la legge; e consumò il supplizio. Trattandosi ne' comizj presso il popolo, a chi commettere il comando nelle Spagne, nessuno volendo prenderlo, Publio Scipione, figlio di quel Publio, ch' era stato ucciso nella Spagna, dichiarò, che ci andrebbe; e mandato per suffragio del popolo, e con generale consentimento, prese in un solo giorno Cartagine la Nuova, nell' età di ventiquattr' anni; credendosi, che discendesse da origine celeste; perciocchè, vestita ch' ebbe la toga, era ogni giorno sul Campidoglio; e si era veduto spesso un serpente nella stanza, ove dormiva sua madre. Il libro contiene innoltre le imprese fatte in Sicilia, e l' amicizia stretta cogli Etoli, e la guerra contro gli Acarnani, e contro Filippo re di Macedonia.

---

feriretur; literas a senatu missas Q. Fulvius consul, quibus jubebatur parcere, antequam legeret, in sinu posuit, et lege agi jussit, et supplicium peregit. Quum in comitiis apud populum quaereretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium; nullo id volente suscipere, P. Scipio, P. filius, qui in Hispania ceciderat, professus est se iturum: et, suffragio populi consensuque omnium missus, Novam Karthaginem uno die expugnavit, quum ageret vigesimum quartum annum, videreturque divina stirpe creatus: quoniam et ipse, postquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat; et in cubiculo matris ejus auguis saepe numero videbatur. Res praeterea in Sicilia gestas continet, et amicitiam cum Aetolis junctam, bellumque gestum adversus Acarnanas et Philippum Macedoniae regem.

Digitized by Google

M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant, prorogatum est imperium. prorogatum et M. Marcello, ut pro consule in Sicilia reliqua belli perficeret eo exercitu, quem haberet. si supplemento opus esset, suppleret de legionibus, quibus P. Cornelius propraetor in Sicilia praeesset: dum ne quem militem legeret ex eo numero, quibus senatus missionem reditumque in patriam negasset ante belli finem. C. Sulpicio, cui Sicilia evenerat, duae legiones, quas P. Cornelius habuisset, decretae: et supplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore anno in Apulia foede caesus fugatusque erat. Huic generi militum senatus eumdem, quem Cannensibus, finem statuerat militiae: additum etiam utrorumque ignominiae est, ne in oppidis hibernarent, neve hiberna propius ullam urbem decem millibus passuum aedificarent. L. Cornelio in Sardinia duae legiones datae, quibus Q. Mucius praefuerat. supplementum, si opus esset, consules scribere

jussit. T. Otacilio et M. Valerio Siciliae Graeciaeque ora cum legionibus classibusque, quibus praeerant, decretae. Quinquaginta Graeci cum legione una, centum Siculi cum duabus legionibus habebant naves. Tribus et viginti legionibus Romanis eo anno bellum terra marique est gestum.

II. Principio ejus anni quum de literis L. Marcii referretur, res gestae magnificae senatui visae: titulus honoris (quod, imperio non populi jussu, non ex auctoritate Patrum dato, *Propraetor senatui*, scripserat) magnam partem hominum obfendebat. Rem mali exempli esse, imperatores legi ab exercitibus: et sollemne auspicatorum comitiorum in castra et provincias, procul ab legibus magistratibusque, ad militarem temeritatem transferri. et, quum quidam referendum ad senatum censerent, melius visum differri eam consultationem, donec proficiscerentur equites, qui ab Marcio literas adtulerant. Rescribi de frumento et vestimentis exercitus placuit: *eam utramque rem curae fore senatui.* adscribi

lare. Le coste della Sicilia, e della Grecia furono assegnate a Tito Otacilio, e a Marco Valerio colle flotte, e colle legioni, cui comandavano. Aveano i Greci cinquanta navi con una legione, i Siciliani cento navi con due legioni. Si fe la guerra in quell'anno per terra e per mare con ventitre legioni romane.

II. Nel principio di quell'anno, trattandosi in senato delle lettere di Lucio Marcio, parvero al senato magnifiche le imprese di lui; ma spiacque ai più quel titolo di onore, ch'egli s'era preso, in un comando non conferitogli nè dal popolo, nè dal senato, scrivendo *il propretore al senato.* Esser cosa di mal esempio, che gli eserciti si eleggan essi il lor comandante; e che la solennità dei comizj, cui gli auspizj debbono consagrare, si trasporti agli accampamenti, ed alle provincie, lungi dalla vigilanza delle leggi, e dei magistrati, in balia del capriccio del soldato. E stimando alcuni, che si avesse a propor la cosa al senato, parve meglio differire sì fatta consulta sino a che fossero partiti i cavalieri, che avean recate le lettere di Marcio. Fu risposto, quanto al frumento ed al vestito, *che il senato penserebbe all'uno ed all'altro;* non

si pose però *al propretore Lucio Marcio* per non anticipare il giudizio su quello, ch'era tuttavia in consulta. Licenziati i cavalieri, non altra cosa i consoli proposero innanzi questa; e tutti i pareri consentirono in uno, che si trattasse coi tribuni delle plebe, acciocchè al più presto le proponessero, chi volevano, che si mandasse in Ispagna al comando di quell'esercito, del quale era stato comandante Gneo Scipione. La cosa fu quindi trattata coi tribuni, e proposta al popolo. Se non che altro dibattimento di già teneva gli animi preoccupati. Cajo Sempronio Bleso, avendo accusato Gneo Fulvio per l'esercito perduto nella Puglia, lo travagliava fieramente nelle concioni al popolo, dicendo, *molti comandanti aver condotto i loro eserciti a rovina per temerità ed ignoranza; nessuno, eccetto Gneo Fulvio, aver corrotte le legioni con ogni sorta di vizj prima di darle in mano del nemico. Quindi potersi dire veramente, ch'erano perite innanzi che vedessero il nemico, e che non erano state vinte da Annibale, ma sì dallo stesso loro comandante. E questo è, perchè nessuno, dando il voto, considera abbastanza a chi affida il comando, a chi l'esercito. Qual differenza tra costui, e Tito Sempronio?*

autem, *Propraetori L. Marcio,* non placuit: ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro praejudicato ferret. Dimissis equitibus, de nulla re prius consules retulerunt, omniumque in unum sententiae congruebant, agendum cum tribunis plebis esse, primo quoque tempore ad plebem ferrent, quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator praefuisset. Ea res cum tribunis acta promulgataque est. Sed aliud certamen occupaverat animos. C. Sempronius Blaesus die dicta Cn. Fulvium, ob exercitum in Apulia amissum, in concionibus vexabat: *multos imperatores temeritate atque inscientia exercitum in locum praecipitem perduxisse* dictitans: *neminem, praeter Cn. Fulvium, ante conrupisse omnibus vitiis legiones suas, quam proderet. itaque vere dici posse, prius eos perisse, quam viderent hostem; nec ab Hannibale, sed ab imperatore suo, victos esse. Neminem, quum suffragium ineat, satis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat. Quid interfuisse inter Ti. Sempronium?*

Quum ei servorum exercitus datus esset, brevi effecisse disciplina atque imperio, ut nemo eorum generis ac sanguinis sui memor in acie esset, praesidio sociis, hostibus terrori essent: Cumas, Beneventum, aliasque urbes eos velut e faucibus Hannibalis ereptas populo Romano restituisse. Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse. ergo effecisse, ut feroces et inquieti inter socios, ignavi et inbelles inter hostes essent, nec inpetum modo Poenorum, sed ne clamorem quidem sustinere possent. Nec, Hercule, mirum esse, milites in acie non stetisse, quum primus omnium imperator fugeret. magis mirari se, aliquos stantes cecidisse, et non omnes comites Cn. Fulvii fuisse pavoris ac fugae. C. Flaminium, L. Paullum, L. Postumium, Cn. ac P. Scipiones cadere in acie maluisse, quam deserere circumventos exercitus. Cn. Fulvium prope unum nuncium deleti exercitus Romam redisse. Facinus indignum esse, Cannensem exercitum, quod ex acie

Questi, avuto un esercito composto di schiavi, fece in breve colla disciplina, e col vigor del comando, che nessun d'essi in un dì di battaglia rammentasse l'origine, e il sangue suo, ed anzi fosse difesa degli alleati, terrore dei nemici; e strappate quasi dalle fauci di Annibale Cuma, Benevento, ed altre città, le restituì al popolo Romano. Gneo Fulvio, l'esercito dei Quiriti Romani, gioventù nata bene, liberalmente educata, l'imbrattò di vizj servili; quindi avea fatto, che fossero feroci ed inquieti cogli alleati, pusillanimi ed imbelli coi nemici; nè potessero, non che l'impeto, sostenere il primo grido dei Cartaginesi. Nè maraviglia, per Bacco, che i soldati non abbiano tenuto fermo, quando il loro comandante primo fuggì; si maravigliava più tosto, che alcuni cadessero combattendo, e non tutti invece si facessero compagni della paura e della fuga di Gneo Fulvio. Preferirono di morire sul campo di battaglia Cajo Flaminio, Lucio Paolo, Lucio Postumio, Gneo e Publio Scipioni, più presto, che abbandonare i loro eserciti avviluppati. Gneo Fulvio fu quasi il solo, che tornasse a Roma colla notizia dell'esercito disfatto. È indegna cosa, che l'esercito di Canne, perchè

fuggì dalla battaglia, sia stato confinato nella Sicilia, per non doverne uscire sino a che il nemico non sia partito d'Italia; e che siasi decretato lo stesso per le legioni di Fulvio; e che la fuga di Fulvio da una battaglia appiccata per sua temerità, sia rimasta impunita: e ch'egli a passar abbia la sua vecchiezza, dove consumò la giovanezza, nelle taverne, e nei bordelli; e che i di lui soldati, che in nieut' altro peccarono, che nell' essere stati simili al lor capitano, rilegati quasi in esiglio sopportino una milizia cotanto ignominiosa; tanto è grande in Roma la differenza di libertà tra il ricco ed il povero, tra l'uomo d'alta, e di bassa condizione!

III. L'accusato riversava la colpa da se sopra i soldati: *che avendo essi stessi chiesta ferocemente la battaglia, fattili avanzare non in quel dì, che volevano, perchè l'ora era tarda, ma il dì seguente, ordinatili in tempo e luogo vantaggioso, non aveano sostenuto nè la lor fama, nè l'urto dei nemici. Datisi tutti a precipitosa fuga, ci fu trascinato egli pure dalla frotta, come già Varrone nella battaglia di Canne, e come molti altri comandanti. In qual modo avrebbe egli potuto, restando solo, giovare alla repubblica, se non se nel caso, che la sua morte fosse*

fugerit, in Siciliam deportatum, ne prius inde dimittatur, quam hostis ex Italia decesserit, et hoc idem in Cn. Fulvii legionibus nuper decretum: Cn. Fulvio fugam ex proelio, ipsius temeritate commisso, inpunitam esse: et eum in ganea lustrisque, ubi juventam egerit, senectutem acturum: milites, qui nihil aliud peccaverint, quam quod imperatoris similes fuerint, relegatos prope in exsilium, ignominiosam pati militiam. adeo inparem libertatem Romae diti ac pauperi, honorato atque inhonorato esse.

III. Reus ab se culpam in milites transferebat: *Eos ferociter pugnam poscentes productos in aciem, non eo, quo voluerint, (quia serum diei fuerit) sed postero die, et tempore et loco aequo instructos, seu famam, seu vim hostium non sustinuisse. Quum effuse omnes fugerent, se quoque turba ablatum; ut Varronem Cannensi pugna, ut multos alios imperatores. Quî autem solum se restantem prodesse reipublicae, nisi si mors sua remedio publicis*

cladibus futura esset, potuisse? Non se inopia commeatus, non in loca iniqua incaute deductum, non agmine inexplorato euntem insidiis circumventum. vi aperta, armis, acie victum: nec suorum animos, nec hostium, in potestate habuisse. suum cuique ingenium audaciam aut pavorem facere. Bis est accusatus, pecuniaque anquisitum. tertio, testibus datis, quum, praeterquam quod omnibus probris onerabatur, jurati permulti dicerent, fugae pavorisque initium a praetore ortum: ab eo desertos milites, quum haud vanum timorem ducis crederent, terga dedisse; tanta ira accensa est, ut capite anquirendum concio subclamaret. De eo quoque novum certamen ortum. nam, quum tribunus bis pecunia anquisisset, tertio capitis se anquirere diceret; tribuni plebis adpellati, *collegae*, negarunt, *se in mora esse, quo minus, quod ei more majorum permissum esset, seu legibus, seu moribus mallet, anquireret, quoad vel capitis, vel pecuniae judicasset privato.*

stata rimedio alla pubblica sciagura? Non perchè mancante di vettovaglie, non perchè tratto incautamente in luoghi svantaggiosi, non perchè caduto fosse in agguati; ma fu vinto a forza aperta, coll' armi, sul campo di battaglia; non avea potuto padroneggiare nè l' animo de' suoi, nè quello dei nemici; che la natura di ciascheduno il fa ardimentoso, o pusillanime. Due volte fu accusato, e si trattò di punirlo con pena pecuniaria; la terza prodotti alquanti testimonj, oltre che il caricarono d'ogni sorta d'improperj, affermando parecchi d'essi con giuramento, che il principio della paura e della fuga era venuto dal pretore, che i soldati, abbandonati da lui, avean voltate le spalle, credendo che la paura del comandante non fosse senza ragione, tanto sdegno si accese, che la plebe si pose a gridare, doversi propor la pena capitale. Anche su di ciò insorse nuovo conflitto; perciocchè avendo il tribuno proposta due volte la pena pecuniaria, e la terza volta la pena capitale, appellatosi Gneo agli altri tribuni della plebe, questi dissero, *ch' ei non si opponevano al collega, perch' egli, secondo che permetteva l' usanza de' maggiori, seguendo, come più gli piacesse, o le leggi, ovvero il costume, procedesse insino a tanto, che Fulvio, uomo privato fosse condannato a pena pecuniaria, o capitale.*

Allora Sempronio disse, *ch' egli accusava Gneo Fulvio di lesa maestà;* e chiede, che Cajo Calpurnio, pretore urbano, assegni il giorno dei comizj. Il reo tentò dappoi altro soccorso, se mai potesse assistere al giudizio suo fratello Quinto Fulvio, allora in grande favore e per le belle sue gesta, e per la vicina speranza, che s' impadronisse di Capua. Avendo chiesta Quinto questa licenza con lettere piene di compassione per la salvezza del fratello, e risposto i Padri, ch'era dannoso alla repubblica, ch' egli si partisse di Capua, Gneo Fulvio, venuto il giorno dei comizj andò da se stesso in bando a Tarquinia, la plebe gli confermò, come giusta, la pena del bando.

IV. S'era volto in questo mezzo tutto lo sforzo della guerra contro Capua; era però più tosto vigorosamente assediata, che combattuta; nè gli schiavi, nè la plebe potean più oltre tollerare la fame; nè si potea spedir messi ad Annibale di mezzo a scolte sì fitte. Si trovò un Numida, che, ricevute le lettere, accertando, che sarebbe passato, uscito la notte per mezzo al campo Romano a compiere la sua promessa, riaccese ne' Campani la speranza, dacchè avanzava loro ancora qualche po' di forza, di tentar con frutto una generale sortita. Del resto in molti

Tum Sempronius, *perduellionis se judicare Cn. Fulvio*, dixit, diemque comitiis ab C. Calpurnio praetore urbis petit. Inde alia spes ab reo tentata est: si adesse in judicio Q. Fulvius frater posset, florens tum et fama rerum gestarum, et propinqua spe Capuae potiundae. Id quum per literas miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset Fulvius, negassentque Patres e republica esse, abscedi a Capua; postquam dies comitiorum aderat, Cn. Fulvius exsulatum Tarquinios abiit. id ei justum exsilium esse, scivit plebs.

IV. Inter haec vis omnis belli versa in Capuam erat. obsidebatur tamen acrius, quam obpugnabatur: nec aut famem tolerare servitia ac plebs poterant, aut mittere nuncios ad Hannibalem per custodias tam artas. Inventus est Numida, qui acceptis literis, evasurum se professus, ut promissum praestaret, per media Romana castra nocte egressus, spem accendit Campanis, dum aliquid virium superesset, ab omni parte eruptionem tentandi. Ceterum in multis cer-

taminibus equestria proelia ferme prospera faciebant: pedites superabantur. sed nequaquam tam laetum vincere, quam triste vinci ulla parte erat ab obsesso et prope expugnato hoste. Inita tandem ratio est, ut, quod viribus deerat, arte aequaretur. ex omnibus legionibus electi sunt juvenes, maxime vigore ac levitate corporum veloces: eis parmae breviores, quam equestres, et septena jacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro, quale hastis velitaribus inest. eos singulos in equos suos accipientes equites adsuefecerunt, et vehi post sese, et desilire perniciter, ubi signum datum esset. Postquam adsuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri, in campum, qui medius inter castra murumque erat, adversus instructos Campanorum equites processerunt. et, ubi ad conjectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt. pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites incurrit: jaculaque cum inpetu alia super alia emittunt. Quibus plurimis in equos virosque passim conjectis permultos vulne-

fatti le zuffe equestri riuscivan loro quasi sempre felici; nelle pedestri erano al di sotto; se non che non recava tanto piacere il vincere, quanto dolore l'essere in qualche parte vinti da un nemico assediato, e quasi debellato. Si è trovata sul fine una via di pareggiare coll'arte quello, che mancava alle forze. Si trassero da tutte le legioni i giovani, ch'eran più lesti per vigoria e leggerezza di corpi; si diedero loro scudi più piccioli di quelli usati da' cavalieri, e sette giavellotti, lunghi quattro piedi colla punta di ferro, simile a quella dell'asta dei veliti. I cavalieri, ciascuno presone uno sul suo cavallo, gli avvezzarono a salire in groppa, e a saltare a terra prestamente, come ne fosse dato il segno. Poi che parve, che col continuo esercizio si fossero fatti bastantemente intrepidi, si portarono innanzi nella pianura, ch'era di mezzo tra il campo, e le mura, ad affrontare i cavalieri Campani; e come si venne a tiro di giavellotto, i veliti, al dato segno, balzano a terra; poscia, di cavalieri divenuti fanti, all'improvviso si scagliano contro la cavalleria nemica, e scoccano impetuosamente dardi sopra dardi. Scagliatone da ogni parte un nembo, ferirono gran numero d'uomini e di cavalli; fu

però più la paura per la cosa nuova, ed impensata; e la gente a cavallo, corsa addosso al nemico sbigottito, inseguendo i fuggiaschi sin presso alle porte, e ne fece strage. D' allora in poi cominciarono i Romani ad essere superiori anche in cavalleria. Fu stabilito, che nelle legioni ci fosser sempre dei veliti. Dicesi, che l' inventore di mescolar de' fanti tra i cavalli fu il centurione Quinto Navio; e che ne trasse grande onore dal comandante.

V. Tal essendo lo stato delle cose sotto Capua, era diviso Annibale tra due diversi pensieri e di prendere la rocca di Taranto, e di conservare Capua. Vinse però il riguardo di Capua, verso la quale vedeva rivolti gli animi di tutti gli alleati, e nemici, e che dovea servire di documento, qualunque fosse per esser l'esito della ribellione dai Romani. Lasciata adunque gran parte del bagagliume nei Bruzj, e tutta la grossa armatura, con un corpo scelto di fanti, e di cavalli, i più atti ad accelerare il cammino, move alla volta della Campania. Il seguirono però, sebbene andasse così veloce, trenta tre elefanti. Si fermò in una valle occulta di dietro al monte Tifata, che sovrasta a Capua. Avendo preso nel venire il forte di Galazia, scacciandone a forza il pre-

raverunt : pavoris tamen plus ex re nova atque inopinata injectum est, et in perculsum hostem equites invecti, fugam stragemque eorum usque ad portas fecerunt. Inde equitatu quoque superior Romana res fuit. Institutum, ut velites in legionibus essent. Auctorem peditum equiti inmiscendorum centurionem Q. Navium ferunt, honorique id ei apud imperatorem fuisse.

V. Quum in hoc statu ad Capuam res essent, Hannibalem diversum Tarentinae arcis potiundae Capuaeque retinendae trahebant curae. vicit tamen respectus Capuae, in quam omnium sociorum hostiumque conversos videbat animos; documento futurae, qualemcumque eventum defectio ab Romanis habuisset. Igitur, magna parte inpedimentorum relicta in Bruttiis, et omni graviore armatu, cum delectis peditum equitumque, quam poterat aptissimis ad maturandum iter, in Campaniam contendit. secuti tamen tam raptim euntem tres et triginta elephanti. In valle occulta post Tifata montem inminentem Capuae consedit. Adveniens quum castellum Galatiam,

praesidio vi pulso, cepisset, in circumsedentes Capuam se vertit. praemissis ante nunciis Capuam, quo tempore castra Romana adgressurus esset, ut eodem et illi, ad eruptionem parati, portis omnibus sese effunderent, ingentem praebuit terrorem. nam alia parte ipse adortus est; alia Campani omnes, pedites equitesque, et cum iis Punicum praesidium, cui Bostar et Hanno praeerant, erupit. Romani, ut in re trepida, ne ad unam concurrendo partem aliquid indefensi relinquerent, ita inter se copias partiti sunt. Ap. Claudius Campanis, Fulvius Hannibali est obpositus. C. Nero propraetor cum equitibus sextae legionis via, quae Suessulam fert; C. Fulvius. Flaccus legatus cum sociali equitatu constitit e regione Vulturni amnis. Proelium non solito modo clamore ac tumultu est coeptum, sed, ad alium virorum, equorum, armorumque sonum, disposita in muris Campanorum inbellis multitudo tantum cum aeris crepitu, qualis in defectu lunae silenti nocte cieri solet, edidit clamorem, ut averteret etiam pugnantium animos. Campanos facile a vallo Appius arcebat. Ma-

sidio, si voltò verso gli assediatori di Capua. Mandativi innanzi dei messi ad avvisare, in che tempo avrebbe assaltati gli accampamenti Romani, acciocchè nello stesso essi pure, pronti alla sortita, sboccasser fuori da tutte le porte, mise grande spavento. Perciocchè egli in persona diede l' assalto da una parte, da un' altra tutti i Campani, fanteria e cavalleria, e insieme il presidio Cartaginese, alla cui testa erano Bostare ed Annone. I Romani, in tanta trepidazione, per non lasciarne, correndo ad una parte, un' altra indifesa, si son divise a questo modo le genti. Appio Claudio fu messo di rincontro a' Campani, Fulvio ad Annibale. Cajo Nerone propretore si piantò coi cavalli della sesta legione sulla strada, che mette a Suessola; il legato Cajo Fulvio Flacco colla cavalleria degli alleati dirimpetto al fiume Vulturno. La battaglia cominciò, non all' usato modo col grido e col tumulto, ma oltre lo strepitar de' soldati, de' cavalli, e dell' armi, l' imbelle moltitudine dei Campani, distribuita sulle mura, tal menò rumore percuotendo vasi di rame, qual suole farsi in tacita notte allo svenir della luna, che a se rivolse gli sguardi degli stessi combattenti. Appio facilmente respingeva i Campani dallo steccato; più

grossa forza incalzava Fulvio dall' altra parte, Annibale co' suoi Cartaginesi. Quivi la sesta legione perdette terreno; respinta la quale, una coorte di Spagnuoli con tre elefanti s' inoltrò sino allo steccato; ed avea sfondato il centro de' Romani, e s' era messa tra la speranza e il pericolo o di lanciarsi dentro il campo nemico, o d' essere tagliata fuori da' suoi. Come vide Fulvio la paura della legione, ed il pericolo del campo, esorta Quinto Navio, e gli altri principali centurioni *ad assaltare la coorte nemica, che combatteva sotto lo steccato. La cosa era al sommo dello stretto; o bisognava lasciar loro aperta la via, e si sarebbon lanciati dentro il campo con manco sforzo, che non avean fatto per isfondare il folto delle schiere, o tagliarli a pezzi a piè dello steccato. Nè ci vorrebbe gran che; son pochi, e schiusi dai loro; e quella stessa legione, che adesso, pel timore ch'ebbe il Romano, sembra rotta pel mezzo, quella stessa, se si volti d' ambe le parti contro il nemico, col doppio assalto è certa d' invilupparlo.* Navio, udite le parole del comandante, strappata di mano all' alfiere l' insegna del secondo corpo degli Astati, la drizza contro i nemici, minacciando i suoi, che l' avrebbe gettata in mezzo alle

jor vis ab altera parte Fulvium, Hannibal et Poeni, urguebant. legio ibi sexta loco cessit: qua pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephantis usque ad vallum pervasit: ruperatque mediam aciem Romanorum, et in ancipiti spe ac periculo erat, utrum in castra perrumperet, an intercluderetur a suis. Quem pavorem legionis periculumque castrorum Fulvius ubi vidit, Q. Navium primoresque alios centurionum hortatus *ut cohortem hostium sub vallo pugnantem invadant. in summo discrimine rem verti: aut viam dandam iis esse, et minore conatu, quam condensam aciem inrupissent, in castra inrupturos: aut conficiendos sub vallo esse. Nec magni certaminis rem fore: paucos esse, et ab suis interclusos; et quae, dum paveat Romanus, interrupta acies videatur, eam, si se utrimque in hostem vertat, ancipiti pugna medios circumventuram.* Navius ubi haec imperatoris dicta accepit, secundi hastati signum ademtum signifero in hostes infert; jacturum in medios eos minitans, ni se propere

sequantur milites, et partem capessant pugnae. Ingens corpus erat, et arma honestabant; et sublatum alte signum converterat ad spectaculum cives hostesque. ceterum, postquam jam ad signa pervenerat Hispanorum, tum undique in eum tragulae conjectae, et prope tota in unum acies versa: sed neque hostium multitudo, neque telorum vis arcere inpetum ejus viri potuerunt.

VI. Et M. Atilius legatus, primi principis ex eadem legione signum inferri in cohortem Hispanorum coëgit. Et, qui castris praeerant, L. Porcius Licinus et T. Popillius legati pro vallo acriter propugnant, elephantosque transgredientes in ipso vallo conficiunt. quorum corporibus quum oppleta esset fossa, velut aggere aut ponte injecto, transitum hostibus dedit. Ibi per stragem jacentium elephantorum atrox edita caedes. Altera in parte castrorum jam impulsi erant Campani Punicumque praesidium, et sub ipsa porta Capuae, quae Vulturnum fert, pugnabatur: neque tam armati

file nemiche, se rattamente non lo seguissero, e prendesser parte nella pugna. Era Navio di grande statura, e le armi gli davano rilievo; e la bandiera alto levata avea rivolto a se gli sguardi degli amici insieme e de' nemici. Come però fu presso alle insegne Spagnuole, gli si scagliò contro un nembo di giavellotti, e tutta quasi la coorte si volse contro lui solo; ma nè la moltitudine dei nemici, nè il piover dei dardi poterono arrestare l' impeto di quel prode.

VI. Anche il legato Marco Atilio sforzò l' alfiere della prima compagnia di quella stessa legione a voltar la bandiera contro la coorte Spagnuola. I legati, che presiedevano all' accampamento, Lucio Porcio Licinio, e Tito Popillio, combattono fercemente dinanzi allo steccato; e ammazzano sullo steccato stesso gli elefanti, ch' erano in atto di travalcarlo; i corpi de' quali avendo colmata la fossa, quasi sopra un argine, o un ponte, si aperse la via a' nemici di passar oltre. Quivi sopra i corpi de' prostesi elefanti si fe crudele battaglia. All' altra parte del campo già respinti erano i Campani, e il presidio Cartaginese; e presso la stessa porta di Capua, che mena a Vulturno, si combatteva; nè quivi non tanto resistevano

gli armati all' urto de' Romani, quanto che la porta stessa, guernita di balestre e di scorpioni, tenea, saettando, lontani i nemici. Rallentò l' impeto de' Romani la ferita del comandante Appio Claudio; il quale, mentre sulle prime file incoraggia i suoi, fu colpito da un giavellotto nella sommità del petto, sotto la spalla sinistra. Nondimeno fu grande l' uccisione dei nemici presso la porta; gli altri, spaventati, furono respinti nella città. Annibale, poi che vide la strage della coorte Spagnuola, e che si difendevano gli accampamenti con gran vigore, lasciata l' impresa, cominciò a ritrarre le insegne, e richiamare indietro le schiere, opponendo la cavalleria alle spalle, acciocchè il nemico non le incalzasse. Fu grande l' ardore delle legioni nell' inseguire il nemico; ma Flacco fe sonare a raccolta, pago del doppio vantaggio, e che i Capuani sentissero quanto poco avean da contare sul soccorso di Annibale, e che Annibale ciò stesso sentisse. Quelli, che scrivono di questa battaglia, dicono esser morti in quel dì otto mila uomini dell' esercito di Annibale, tre mila de' Campani; e che si son tolte ai Cartaginesi quindici bandiere, e diciotto ai Campani. Non trovo presso gli altri, che il fatto fosse di tanta mole; bensì

inrumpentibus Romanis resistebant, quam quod porta, ballistis scorpionibusque instructa, missilibus procul hostes arcebat. et subpressit inpetum Romanorum vulnus imperatoris Ap. Claudii: cui, suos ante prima signa adhortanti, sub laevo humero summum pectus gaeso ictum est. Magna tamen vis hostium ante portam est caesa, ceteri trepidi in urbem compulsi. Et Hannibal, postquam cohortis Hispanorum stragem vidit, summaque vi castra hostium defendi, omissa obpugnatione, recipere signa, et convertere agmen peditum, objecto a tergo equitatu, ne hostis instaret, coepit. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus receptui cani jussit; satis ad utrumque profectum ratus, ut et Campani, quam haud multum in Hannibale praesidii esset, et ipse Hannibal sentiret. Caesa eo die, qui hujus pugnae auctores sunt, octo millia hominum de Hannibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt: signaque Karthaginiensibus quindecim ademta; duodeviginti Campanis. Apud alios nequaquam tantam molem pugnae inveni, plusque pavoris, quam

runt, *Nae tu perditas res Campanorum narras, ubi summus honos ad filium meum perveniet!* Ea ludificatio veri, et ipsa in verum vertit. nam quum fame ferroque urguerentur, nec spes ulla superesset, iis, qui nati in spem honorum erant, honores detrectantibus; Lesius, querendo desertam ac proditam a primoribus Capuam, summum magistratum ultimus omnium Campanorum cepit.

VII. Ceterum Hannibal, ut nec hostes elici amplius ad pugnam vidit, nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse, ne suos quoque commeatus intercluderent novi consules, abscedere irrito incepto, et movere a Capua statuit castra. Multa secum, quonam inde ire pergeret, volventi subiit animum inpetus, caput ipsum belli Romam petendi: cujus rei semper cupitae praetermissam occasionem post Cannensem pugnam et alii vulgo fremebant, et ipse non dissimulabat. *necopinato pavore ac tumultu, non esse desperandum, aliquam partem urbis occupari posse; et, si Roma in discrimine*

senatui Romam quum scripsisset, varie hominum animi pro cujusque ingenio adfecti sunt. Ut in re tam trepida, senatu extemplo vocato, P. Cornelius, cui Asinae cognomen erat, omnes duces exercitusque ex tota Italia, neque Capuae, neque ullius alterius rei memor, ad urbis praesidium revocabat. Fabius Maximus, abscedi a Capua, terrerique et circumagi ad nutns comminationesque Hannibalis, flagitiosum ducebat. *Qui ad Cannas victor ire tamen ad urbem ausus non esset, eum, a Capua repulsum, spem potiundae urbis Romae cepisse? Non ad Romam obsidendam, sed ad Capuae liberandam obsidionem, ire. Romam cum eo exercitu, qui ad urbem esset, Jovem, foederum ruptorum ab Hannibale testem, Deosque alios defensuros esse.* Has diversas sententias media sententia P. Valerii Flacci vicit: qui, utriusque rei memor, imperatoribus, qui ad Capuam essent, scribendum censuit, *Quid ad urbem praesidii esset, quantas autem Hannibal copias duceret, aut quanto exercitu ad Capuam obsidendam opus esset, ipsos scire. Si et Romam e ducibus*

alter, et exercitus pars mitti posset, ut ab reliquo et duce et exercitu Capua recte obsideretur; inter se compararent Claudius Fulviusque, utri obsidenda Capua, utri, ad prohibendam obsidione patriam, Romam veniundum esset. Hoc senatusconsulto Capuam perlato, Q. Fulvius proconsul, cui, collega ex vulnere aegro, eundum Romam erat, e tribus exercitibus milite electo, ad quindecim millia peditum, mille equites, Vulturnum traducit. inde quum Hannibalem Latina via iturum satis comperisset, ipse per Appiae municipia, quaeque propter eam viam sunt, Setiam, Coram, Lanuvium praemisit, ut commeatus paratos et in urbibus haberent, et ex agris deviis in viam proferrent, praesidiaque in urbes contraherent, ut sua cuique respublica in manu esset.

IX. Hannibal, quo die Vulturnum est transgressus, haud procul a flumine castra posuit. Postero die praeter Cales in agrum Sidicinum pervenit. ibi diem unum populando moratus, per Suessulam Allifanumque et Casinatem agrum via Latina ducit. sub

comandanti, ed una parte dell' esercito, purchè l' altro comandante, e l' altro esercito assediasse Capua debitamente, i consoli Claudio e Fulvio tra se divisassero qual d' essi restasse all' assedio di Capua, qual dovesse venire a Roma ad impedir, che fosse assediata. Portato a Capua il decreto del senato, il proconsole Quinto Fulvio, cui toccava andare a Roma, essendo il collega infermo per la ferita, fatta una scelta da tutti e tre gli eserciti, di quindici mila fanti a un dipresso, e di mille cavalli, portolli al Vulturno. Indi essendosi accertato, che Annibale avrebbe presa la strada Latina, egli, attraversando i municipj della via Appia, mandò innanzi a Sezia, a Cora, ed a Lanuvio, che son su quella via, ad avvisare, che preparassero vettovaglie, e le tenessero nelle città, e dalle terre dell' interno le portassero in sulla strada, e riparassero i presidj nelle città, sì che ognuno difendesse il proprio comune.

IX. Annibale, nel dì stesso, che passò il Vulturno, si accampò non lungi dal fiume; nel susseguente giunse nel territorio de' Sidicini, oltre Galé; quivi fermatosi un giorno a saccheggiare, menò l' esercito per Suessola, e pel contado Allifano e Casinate sulla via Latina. Si

fermò due giorni sotto Casino, e pose a sacco qua e là i contorni. Di là, oltrepassando. Interamna, ed Aquino, si venne nel contado Fregellano al fiume Liri, dove trovò il ponte tagliato da quei di Fregelle, onde ritardargli il cammino. Avendo Annibale abbruciate le navi, anche Fulvio era stato ritardato dal fiume Vulturno, provando difficoltà di procacciarsi delle zattere per la grande scarsezza di legname. Passato l'esercito su queste, il restante del cammino di Fulvio fu assai spedito, trovando cortesemente vettovaglie apparecchiate non solamente nelle città, ma lungo la via. Ed i soldati allegri si confortavano l'un l'altro ad affrettare il passo, pensando, che andavano a difender la patria. Un messo spedito da Fregelle a Roma, continuando il suo viaggio dì e notte, ci portò grande terrore. Il correr qua e là della gente, che aggiungeva cose false alle vere, avea messo in tutta la città più grave scompiglio, che non ne avea recato la stessa nuova. Non si udiva soltanto il pianger delle donne dalle case private, ma da ogni parte le matrone, spandendosi per le strade, corrono a' templi degli Dei, colle disciolte chiome spazzando gli altari, inginocchiate, levando alte le mani al cielo, ed agli Dei, e pre-

Casinum biduo stativa habita et passim populationes factae. Inde, praeter Interamnam Aquinumque, in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum. ubi intercisum pontem a Fregellanis morandi itineris caussa invenit. Et Fulvium Vulturnus tenuerat amnis, navibus ab Hannibale incensis, rates ad trajiciendum exercitum, in magna inopia materiae, aegre comparantem. Trajecto ratibus exercitu, reliquum Fulvio expeditum iter, non per urbes modo, sed circa viam, expositis benigne commeatibus, erat: alacresque milites alius alium, ut adderet gradum, memor ad defendendam ire patriam, hortabantur. Romam Fregellanus nuncius, diem noctemque itinere continuato, ingentem adtulit terrorem. tumultuosius, quam adlatum erat, cursus hominum, adfingentium vana auditis, totam urbem conciverat. ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebatur; sed undique matronae, in publicum effusae, circa Deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes, nixae genibus, supinas manus ad coelum ac Deos tendentes, orantesque, ut urbem

Romanam e manibus hostium eriperent; matresque Romanas et liberos parvos inviolatos servarent. Senatus magistratibus in foro praesto est, si quid consulere velint. Alii accipiunt imperia, disceduntque ad suas quisque officiorum partes: alii obferunt se, si quo usus operae sit. praesidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam Albano atque arce Aesulana ponuntur. Inter hunc tumultum, Q. Fulvium proconsulem profectum cum exercitu a Capua adfertur; cui ne minueretur imperium, si in urbem venisset, decernit senatus, ut Q. Fulvio par cum consulibus imperium esset. Hannibal, infestius perpopulato agro Fregellano propter intercisos pontes, per Frusinatem Ferentinatemque et Anagninum agrum in Lavicanum venit. inde Algido Tusculum petiit: nec receptus moenibus, infra Tusculum dextrorsus Gabios descendit inde in Pupiniam exercitu demisso, octo millia passuum ab Roma posuit castra. Quo propius hostis accedebat, eo major caedes fiebat fugientium, praecedentibus Numidis: plu-

gando, che Roma salvino dalle mani dei nemici, e inviolate serbino le madri romane, e i pargoletti lor figli. Il senato sta sulla piazza, presto ad ascoltare i magistrati, che volessero consultarlo. Altri ricevon gli ordini, e partono, ciascuno, a compiere i commessi uffizj; altri si offrono, se occorresse l' opera loro in nessun che. Si metton guardie su la rocca, nel Campidoglio, su le mura, intorno la città, per sino sul monte Albano, e su la rocca Esulana. In mezzo a questo trambusto viene arrecato, che il proconsole Quinto Fulvio era partito da Capua coll' esercito; al quale perchè non fosse punto scemato di autorità venendo a Roma, decretò il senato, che l' avesse eguale a quella dei consoli. Annibale, avendo devastato più nimichevolmente il contado dei Fregellani, perchè aveano tagliati i ponti, per le terre di Frusinone, di Ferentino, e di Anagni venne nel Lavicano. Di là pel monte Algido, si drizzò alla volta di Toscolo, e non accolto nelle mura, al di sotto di Toscolo, a man destra, discese a Gabio; e quindi, calato l' esercito per la Pupinia, si accampò ad otto miglia da Roma. Quanto più il nemico si accostava, tanto era maggiore, scorrendo innanzi i Numidi, la strage de' fuggitivi;

e si facevano assai prigioni di ogni condizione, di ogni età.

X. Nel bollor di questo tumulto Fulvio Flacco, entrato in Roma coll' esercito per la porta Capena pel mezzo della città, attraversando le Carine, si porta alle Esquilie; donde uscito, andò ad accamparsi tra la Porta Esquilina, e la Collina. Gli edili della plebe vi fecero trasportare le vettovaglie. I consoli, ed il senato vennero al campo; quivi si consultò della somma delle cose. Si convenne, che i consoli si accampassero tra la Porta Collina, e la Esquilina; che Cajo Calpurnio, pretore urbano, guardasse il Campidoglio, e la rocca; che il senato in buon numero stesse raccolto su la piazza, se ne' casi improvvisi occorresse di consultarlo. Intanto Annibale portò il campo al fiume Aniene, tre miglia discosto da Roma. Quivi attendatosi, s' inoltrò egli stesso in persona con due mila cavalli dalla porta Collina sino al tempio di Ercole; e cavalcando quanto più presso poteva, contemplava le mura e il sito della città. Parve a Flacco indegna cosa, ch' egli ciò facesse con tanta licenza ed agiatezza; quindi gli mandò contro alquanti cavalli, ed ordinò, che la cavalleria nemica fosse rimossa, e respinta ne' suoi accampamenti.

sesque omnium generum atque aetatium capiebantur.

X. In hoc tumultu Fulvius Flaccus, porta Capena cum exercitu Romam ingressus, media urbe per Carinas Esquilias contendit. inde egressus, inter Esquilinam Collinamque portam posuit castra. Aediles plebis commeatum eo comportarunt. Consules senatusque in castra venerunt. ibi de summa republica consultatum. Placuit, consules circa portas Collinam Esquilinamque ponere castra: C. Calpurnium praetorem urbanum Capitolio atque arci praesse; et senatum frequentem in foro contineri, si quid in tam subitis rebus consulto opus esset. Inter haec Hannibal ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab urbe, castra admovit. ibi stativis positis, ipse cum duobus millibus equitum a porta Collina usque ad Herculis templum est progressus; atque, unde proxime poterat, moenia situmque urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atque otiose facere, Flacco indignum visum est. itaque inmisit equites, submoverique atque in castra redigi hostium equitatum jussit.

Quum commissum proelium esset, consules transfugas Numidarum, qui tum in Aventino ad mille et ducentos erant, media urbe transire Esquilias jusserunt: nullos aptiores, inter convalles tectaque hortorum et sepulcra aut cavas undique vias, ad pugnandum futuros rati. quos quum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent, captum Aventinum conclamaverunt. Ea res tantum tumultum ac fugam praebuit, ut, nisi castra Punica extra urbem fuissent, effusura se omnis pavida multitudo fuerit, tunc in domos atque in tecta refugiebant: vagosque in viis suos pro hostibus lapidibus telisque incessebant. Nec comprimi tumultus aperirique error poterat, refertis itineribus agrestium turba pecorumque, quae repentinus pavor in urbem compulerat. Equestre proelium secundum fuit, summotique hostes sunt: et, quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temere oriebantur, placuit, omnes, qui dictatores, consules, censoresve fuissent, cum imperio es-

Appiccatasi la zuffa, i consoli comandarono, che i disertori Numidi, ch' erano da mille e dugento sul monte Aventino, per mezzo della città passassero alle Esquilie, stimando, che non altri fossero più atti a combattere tra le vallate, e i casamenti degli orti, tra i sepolcri, e le strade concave all' intorno. Se non che avendoli alcuni veduti correr giù a cavallo dalla rocca e dal Campidoglio per la pubblica calata, gridarono, che l' Aventino era preso. Questo incidente produsse tanto tumulto, e tanta fuga, che se il nemico non fosse stato accampato alle porte, tutta la moltitudine spaventata si sarebbe lanciata fuori della città. Allora si rifuggivano nelle case, e su i tetti; e scagliavan dardi e sassi contro i suoi che erano per le strade, credendoli nemici. Nè si potea far quetare il tumulto, nè metter in chiaro l' inganno, piene, com' erano le strade di folla di contadini, e di bestiami, che l' improvviso terrore avea cacciati dentro la città. La battaglia equestre fu felice; e i nemici furono allontanati; e perchè bisognava comprimere in molti luoghi i tumulti, che accidentalmente nascevano, fu preso, che tutti quelli, ch' erano stati dittatori, consoli, o censori, avessero dritto di comandare, sine

a tanto che il nemico non si fosse discostato dalle mura. Nel restante del giorno, e la notte susseguente molti tumulti furono casualmente eccitati, e compressi.

XI. Il dì seguente Annibale, passato l'Aniene, spiegò tutte le sue forze in ordine di battaglia; nè Flacco, nè i consoli la ricusarono. Schierati d'ambe le parti gli eserciti a cimentarsi in un fatto, nel quale Roma era premio del vincitore, dirotta pioggia, mista con grandine, scompigliò sì fattamente ambedue le schiere, che a' pena ritenendo l'armi rifuggironsi negli alloggiamenti, non d'altro manco temendo, che del nemico. E il giorno appresso nello stesso luogo uno stesso temporale sparti le schiere già pronte ad azzuffarsi. Come s'erano rimessi negli alloggiamenti, rinasceva colla calma un bellissimo sereno. Parve ai Cartaginesi, che la cosa avesse del prodigio; e fu sentito Annibale a dire, *che ora gli si toglieva la volontà, ora il potere di prender Roma.* E gli scemarono la speranza altre cose e grandi, e picciole; grande quella, che stando egli seduto armato sotto le mura di Roma, udì essere partito un rinforzo di soldati per la Spagna a bandiere spiegate; picciola l'altra, che seppe

se, donec recessisset a muris hostis. Et diei quod reliquum fuit, et nocte insequenti, multi temere excitati tumultus sunt, compressique.

XI. Postero die transgressus Anienem Hannibal in aciem omnes copias eduxit: nec Flaccus consulesque certamen detrectavere. Instructis utrimque exercitibus in ejus pugnae casum, in qua urbs Roma victori praemium esset, imber ingens grandine mixtus ita utramque aciem turbavit, ut vix armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore, quam hostium, metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Poenos versa est: auditaque vox Hannibalis fertur, *Potiundae sibi urbis Romae modo mentem non dari, modo fortunam.* Minuere etiam spem ejus et aliae, parva magnaque, res: magna illa, quod, quum ipse ad moenia urbis Romae armatus sederet, milites sub vexillis in supplementum Hispaniae profectos audivit: parva autem, quod per eos dies

eum forte agrum, in quo ipse castra haberet, venisse, nihil ob id deminuto pretio, cognitum ex quodam captivo est. Id vero adeo superbum atque indignum visum, ejus soli, quod ipse bello captum possideret haberetque, inventum Romae emtorem; ut, extemplo vocato praecone, tabernas argentarias, quae circa forum Romanum tunc essent, jusserit venire. His motus ad Tutiam fluvium castra retulit, sex millia passuum ab urbe. inde ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempestate inclitum divitiis. Capenates aliqui adcolae ejus erant; primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes, multo auro argentoque id exornatum habebant. His omnibus donis tum spoliatum templum. aeris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent, post profectionem Hannibalis magni inventi. Hujus populatio templi haud dubia inter scriptores est. Coelius, Romam euntem ab Ereto divertisse eo Hannibalem, tradit: iterque ejus ab Reate, Cutiliisque, et ab Amiterno orditur. ex Campania in Samnium, inde in Pelignos pervenisse; prae-

da certo prigioniero, essersi in quegli stessi di venduto il campo, dov' egli era attendato, senza che il prezzo per ciò ne fosse diminuito. E gli parve atto sì superbo ed insultante, che si fosse trovato a Roma un compratore del terreno, ch' egli, conquistato coll' armi, possedeva e riteneva, che chiamato subito il banditore, ordinò, che si vendessero le botteghe degli orafi, ch' erano intorno al foro di Roma. Mosso Annibale da queste considerazioni ritirò il campo al fiume Tuzia, a sei miglia dalla città; di là si avvia al bosco della Dea Feronia, al tempio in quella età celebratissimo per ricchezza. Ne abitavano i dintorni alcuni Capenati; portandovi le primizie delle biade, ed altri doni in abbondanza, lo aveano arricchito di molto oro ed argento. Di tutti questi doni fu spogliato il tempio; si son trovati, partito Annibale, grandi mucchi di rame greggio, che i soldati, così da riguardo di religione, aveano gettato via. Del saccheggiamento di questo tempio tutti convengono gli scrittori. Celio dice, che Annibale, andando a Roma, deviò da Ereto per portarsi in quel tempio; e tesse il di lui cammino da Reate, dai Cutilj, e da Amiterno; che dalla Campania era passato nel Sannio, indi ne' Peligni;

che, lasciato addietro Sulmone, andato era ne' Marrucini, poi pel contado d'Alba venuto nelle terre de' Marsi, quindi ad Amiterno, e alla borgata di Foruli. Nè havvi quì errore, che le tracce di tanto esercito non s'eran potute confondere in sì breve spazio di età, essendo cosa certa, che tenne quella strada; la sola differenza è questa, se la tenesse andando a Roma, o da Roma tornando alla Campania.

XII. Del resto non ebbe tanta pertinacia Annibale a difender Capua, quanto i Romani a stringerla d'assedio. Perciocchè dai Lucani andò nel paese de' Bruzj, sino allo stretto, ed a Reggio con sì veloce corso, che furon quasi impensatamente oppressi dalla repentina venuta. Benchè Capua in que' giorni fosse stata tutt'altro, che debolmente assediata, pure si accorse della venuta di Flacco; e insieme, maraviglia, che anche Annibale non fosse tornato. Poscia dai discorsi vennero a conoscere, ch'erano lasciati da parte, e abbandonati, e che avean perduta i Cartaginesi ogni speranza di conservare Capua. Si aggiunse l'editto del proconsole messo fuori per decreto del senato, e diffuso tra i nemici, *che qualunque Campano avanti un tal gior-*

terque oppidum Sulmonem in Marrucinos transisse ; inde Albensi agro in Marsos , hinc Amiternum , Forulosque vicum venisse. Neque ibi error est, quod tanti exercitus vestigia intra tam brevis aevi memoriam potuerint confundi. isse enim ea constat. Tantum id interest, veneritne eo itinere ad urbem, an ab urbe in Campaniam redierit.

XII. Ceterum non quantum pertinaciae ad premendam obsidione Capuam Romanis fuit , tantum ad defendendam Hannibali. namque ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum vero ac Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos obpresserit. Capua etsi nihilo segnius obsessa per eos dies fuerat, tamen adventum Flacci sensit : et admiratio orta est, non simul regressum Hannibalem. Inde per conloquia intellexerunt, relictos se desertosque, et spem Capuae retinendae deploratam apud Poenos esse. Accessit edictum proconsulis ex senatusconsulto propositum, vulgatumque apud hostes : *ut, qui civis*

Campanus ante certam diem transisset, sine fraude esset. Nec ulla facta est transitio, metu magis eos, quam fide, continente, quia majora in defectione deliquerant, quam quibus ignosci posset. Ceterum quemadmodum nemo privato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in medium consulebatur. Nobilitas rempublicam deseruerat, neque in senatum cogi poterant. in magistratu autem erat, qui non sibi honorem adjecisset, sed indignitate sua vim ac jus magistratui, quem gerebat, demisset. Jam ne in foro quidem, aut publico loco, principum quisquam adparebat: domibus inclusi patriae occasum cum suo exitio in dies exspectabant. summa curae omnis in Bostarem Hannonemque praefectos praesidii Punici versa erat, suo, non sociorum, periculo sollicitos. Hi, conscriptis ad Hannibalem literis, non libere modo, sed etiam aspere, quibus, *non Capuam solam traditam in manum hostibus, sed se quoque et praesidium in omnes cruciatus proditos,* incusabant: *abiisse eum in*

no determinato fosse passato ai Romani, sarebbe esente da castigo. Nè ci fu alcuno, che passasse, più ritenendoli la paura, che la fede; chè avean commesso ribellandosi più gravi colpe, che se ne potesse perdonare. Del resto, siccome nessuno passava al nemico di suo privato consiglio, così non si pigliava nè anche in pubblico nessuna salutare deliberazione. I nobili aveano abbandonata la repubblica, nè si poteva fare, che si adunassero in senato; sedeva poi nel magistrato un tale, che non avea con questo aggiunto onore a sè medesimo, ma sì colla sua bassezza tolta la forza, ed il rispetto alla carica, che sosteneva. Già non si vedea nessuno dei primati comparire in piazza, o in altro pubblico luogo; chiusi nelle case aspettavansi ogni dì la ruina della patria insieme colla lor propria. Tutta la somma delle cose era passata in mano di Bostare, e di Annone, comandanti del presidio Cartaginese, solleciti del proprio, non del pericolo degli alleati. Essi pertanto scrissero lettere ad Annibale non solo liberamente, ma eziandio aspramente, nelle quali lo accusavano, *che avesse dato in mano a' nemici non la sola Capua, ma loro medesimi, ed il presidio a perire tra i tormenti; era an-*

dato ne' Bruzj, quasi voltandosi in là per non vedersi pigliar Capua su gli occhi. Ma, per dio, non si potè distorre i Romani dall'assedio di Capua, nè anche assaltando Roma; tanto il Romano è più fermo nella nimicizia, che il Cartaginese nell' amicizia. Ma se egli tornasse a Capua, e volgesse quivi tutto lo sforzo della guerra; essi, e i Campani sarebbero pronti a fare una sortita. Non si erano passate l' Alpi per mover guerra ai Reggiani, ai Tarentini; dove son le legioni Romane, ivi debbon essere gli eserciti Cartaginesi. Così s' era combattuto prosperamente a Canne, così al Trasimeno: accostandosi al nemico, campo a campo opponendo, e tentando la fortuna. Le lettere, scritte con questi sentimenti, si consegnano ad alcuni Numidi, che mediante una mercede prometton l' opera loro. Costoro, essendo venuti, sotto apparenza di disertori, al campo di Flacco, per indi, colto il tempo, sortirne, e la fame, che travagliava Capua da lungo tempo, rendendo verisimile ad ognuno la cagione del disertare, venne al campo inopinatamente una donna Capuana, bagascia di uno de' disertori: e palesa al comandante Romano, che i Numidi eran venuti per frode tramata, e

Bruttios, velut avertentem sese, ne Capua in oculis ejus caperetur. at, Hercule, Romanos ne obpugnatione quidem urbis Romanae abstrahi ab Capua obsidenda potuisse. tanto constantiorem inimicum Romanum, quam amicum Poenum esse. Si redeat Capuam, bellumque omne eo vertat, et se et Campanos paratos eruptioni fore. Non cum Rheginis, neque Tarentinis bellum gesturos transisse Alpes. ubi Romanae legiones sint, ibi et Karthaginiensium exercitus debere esse. Sic ad Cannas, sic ad Trasimenum rem bene gestam; coëundo, conferendo cum hoste castra, fortunam tentando. In hanc sententiam literae conscriptae Numidis, proposita mercede jam professis operam, dantur. Hi specie transfugarum quum ad Flaccum in castra venissent, ut inde tempore capto abirent; famesque, quae tam diu Capuae erat, nulli non probabilem caussam transitionis faceret, mulier repente Campana in castra venit, scortum transfugarum unius; indicatque imperatori Romano, Numidas fraude

composita transisse, literasque ad Hannibalem ferre. id unum ex iis, qui sibi rem aperuisset, arguere sese paratam esse. Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat: paullatim dein convictus veris, quum tormenta posci et parari videret, fassus id ita esse. literaeque prolatae; et additum etiam indicio, quod celabatur, et alios specie transfugarum Numidas vagari in castris Romanis. hi supra septuaginta comprehensi, et cum transfugis novis mulcati virgis, manibusque praecisis, Capuam rediguntur. Conspectum tam triste supplicium fregit animos Campanorum.

XIII. Concursus ad curiam populi factus coëgit Lesium senatum vocare: et primoribus, qui jam diu publicis consiliis aberant, propalam minabantur, nisi venirent in senatum, circa domos eorum ituros se, et in publicum omnes vi extracturos esse. Is timor frequentem senatum magistratui praebuit. Ibi quum ceteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent, Vibius Virrius, qui

che portavan lettere dirette ad Annibale; esser pronta a ciò sostenere in faccia a colui, che gli avea svelata la cosa. Fatto venire al confronto, colui dapprima fingeva con assai fermezza di non conoscere la donna: indi convinto a poco a poco dalla forza della verità, vedendo ordinarsi e prepararsi i tormenti, confessò, ch' era il vero; e si produssero le lettere, e si aggiunse inoltre quello, che ancora si celava, altri Numidi eziandio, sotto apparenza di disertori, errar pel campo Romano. Se ne presero di costoro da più di settanta, e insieme co' nuovi disertori, battuti di verghe, e tagliati le mani, si rimandano a Capua. La vista di così brutto supplizio abbattè gli animi de' Capuani.

XIII. Il popolo, concorso alla curia, obbligò Lesio a convocare il senato; e minacciavano apertamente i principali cittadini, che già da gran tempo si astenevano dalle pubbliche adunanze, se non venivano al senato, che andrebbono alle lor case, e ne li trarrebbon fuori per forza. Questa paura fe, che il senato si raccogliesse in gran numero d' intorno a Lesio. Quivi trattando gli altri di mandare ambasciatori ai comandanti Romani, Vibio Virrio, che primo avea proposto di

ribellarsi dai Romani, chiesto del parere, *non si ricordano*, disse, *quelli che parlano di ambasciatori, di pace, e di dedizione, nè quello, che avrebbon fatto essi stessi, se avessero avuto i Romani in poter loro, nè quello, che avranno a soffrire. Vi pensate forse, che questa somigli la dedizione, colla quale demmo in altro tempo noi, e tutte le cose nostre ai Romani, per impetrare il loro ajuto contro i Sanniti? Evvi sì tosto uscito di mente in che tempo, in che circostanze ci siamo ribellati dai Romani? come nell'atto di ribellarci, il presidio, che si poteva lasciar andare, l'abbiamo tra i tormenti, e gli oltraggi trucidato? quante volte, con quanta furia sortimmo contro gli assedianti, e assaltammo i loro alloggiamenti? che abbiamo chiamato Annibale ad opprimerli? e, cosa recentissima, che di qua l'abbiamo spiccato a combatter Roma? Riandate all'opposto con quale accanimento ci trattaron essi, onde vediate, se avete punto a sperare. Essendoci in Italia un nemico straniero, e questo nemico essendo Annibale, e tutt' intorno ardendo la guerra, lasciata ogni altra cosa, lasciato lo stesso Annibale, mandarono ambedue i consoli, ambedue gli eserciti consolari a combatter*

defectionis ab Romanis auctor fuerat, interrogatus sententiam, negat, *eos, qui de legatis et de pace ac deditione loquantur, meminisse, nec quid facturi fuerint, si Romanos in potestate habuissent; nec quid ipsis patiendum sit. Quid? vos, inquit, eam deditionem fore censetis, qua quondam, ut adversus Samnites auxilium impetraremus, nos nostraque omnia Romanis dedidimus? Jam e memoria excessit, quo tempore, et in qua fortuna a populo Romano defecerimus? jam, quemadmodum in defectione praesidium, quod poterat emitti, per cruciatum et ad contumeliam necarimus? quoties in obsidentes, quam inimice eruperimus, castra obpugnarimus? Hannibalem vocaverimus ad obprimendos eos? hoc quod recentissimum est, ad obpugnandam Romam hinc eum miserimus? Age contra, quae illi infeste in nos fecerint, repetite: ut ex eo, quid speretis, habeatis. Quum hostis alienigena in Italia esset, et Hannibal hostis, et cuncta bello arderent, omissis omnibus, omisso ipso Hannibale, ambo consules et duo consulares exercitus ad Capuam obpugnandam*

miserunt. Alterum annum circumvallatos inclusosque nos fame macerant, et ipsi nobiscum ultima pericula ac gravissimos labores perpessi, circa vallum ac fossas saepe trucidati, et prope ad extremum castris exuti. Sed omitto haec. vetus atque usitata res est, in obpugnanda hostium urbe labores ac pericula pati. illud irae atque odii exsecrabilis indicium est. Hannibal ingentibus copiis peditum equitumque castra obpugnavit, et ex parte cepit; tanto periculo nihil moti sunt ab obsidione. Profectus trans Vulturnum, perussit Calenum agrum; nihil tanta sociorum clade avocati sunt. Ad ipsam urbem Romam infesta signa ferri jussit. eam quoque tempestatem inminentem spreverunt. Transgressus Anienem, tria millia passuum ab urbe castra posuit: postremo ad moenia ipsa et ad portas accessit. Romam se ademturum eis, nisi omitterent Capuam, ostendit. non omiserunt. Feras bestias, caeco inpetu ac rabie concitatas, si ad cubilia et catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam avertas. Romanos Roma circumsessa, conjuges, liberi, quorum plora-

Capua. Egli è di già il secondo anno, che investiti d'ogni parte, e chiusi ci macerun colla fame, sostenendo essi pure con noi pericoli estremi, e gravissime fatiche, spesso trucidati sullo stesso steccato, e in su le fosse, e ultimamente quasi privati de' loro alloggiamenti. Ma lascio questo; è cosa vecchia ed usitata soffrir pericoli e fatiche combattendo le altrui città. Ben questo è indizio di grand' ira, e di odio esecrabile. Annibale assaltò il loro campo con immense forze di cavalli e di fanti, e in parte lo prese; per tanto pericolo non si son mossi punto dall' assedio. Passato il Vulturno, mise a fuoco il contado di Cale; per tanta strage di alleati non torsero un passo indietro. Ordinò, che si avviassero le ostili insegne verso Roma istessa; beffaronsi di quella sovrastante tempesta. Valicato l' Aniene, si accampò a tre miglia da Roma; in fine si accostò egli stesso in persona alle mura, ed alle porte; mostrò che avrebbe lor tolta Roma, se non lasciavano Capua; non la lasciarono. Le bestie più feroci, da cieco impeto trasportate, e da rabbia, se ti drizzi a' lor covili, a' lor piccini, le richiami a soccorrere i suoi; ma i Romani non Roma assediata, non le mogli, i figliuoli,

i cui pianti quasi sino di qua si udivano, non le are, i focolari, i templi degli dei, i sepolcri de' maggiori bruttati, violati, non istornarono da Capua. Tanto son avidi di punirci, tanta han sete di succiarsi tutto il sangue nostro. Nè forse a torto; avremmo fatto lo stesso, se la fortuna ce 'l permetteva. Poichè pertanto piacque altrimenti agli dei immortali, poi che non debbo nè anche ricusar di morire, posso, mentre son libero, mentre son padrone di me stesso, i tormenti fuggire, e gli obbrobrj, che mi prepara il nemico, con una morte, non che onorata, dolce eziandio. Non vedrò Appio Claudio, e Quinto Fulvio rizzarsi alteri nella insolente vittoria; nè sarò trascinato in catene per tutta Roma, spettacolo del trionfo, per indi, in carcere, o legato al palo, stracciato il tergo dalle verghe, sottoporre il collo alla scure Romana; nè vedrò smantellarsi, ed ardere la patria; nè trarsi forzate allo stupro le matrone di Capua, le vergini ed i nobili giovanetti. Diroccaron dai fondamenti Alba, dond' erano usciti, perchè non restasse memoria della stirpe ed origin loro; tanto son lungi dal credere, che risparmin Capua, contro cui sono più istizziti, che contro Cartagine stessa. A

tus hinc prope exaudiebantur, arae, foci, Deûm delubra, sepulcra majorum temerata ac violata, a Capua non averterunt: tanta aviditas supplicii expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. Nec injuria forsitan. nos quoque idem fecissemus, si data fortuna esset. Itaque quando aliter Diis immortalibus visum est, quum mortem ne recusare quidem debeam; cruciatus contumeliasque, quas sperat hostis, dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, praeterquam honesta, etiam leni, possum. Non videbo Ap. Claudium et Q. Fulvium, victoria insolenti subnisos, neque vinctus per urbem Romanam triumphi spectaculum trahar, ut deinde in carcere, aut ad palum delegatus, lacerato virgis tergo, cervicem securi Romanae subjiciam: nec dirui incendique patriam videbo: nec rapi ad stuprum matres Campanas, virginesque, et ingenuos pueros. Albam, unde ipsi oriundi erant, a fundamentis proruerunt, ne stirpis, ne memoria originum suarum exstaret: nedum eos Capuae parsuros credam, cui infestiores, quam Karthagini, sunt. Itaque

quibus vestrûm ante fato cedere, quam haec tot tam acerba videant, in animo est; iis apud me hodie epulae instructae parataeque sunt. Satiatis vino ciboque poculum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur; ea potio corpus ab cruciatu, animum a contumeliis, oculos, aures, a videndis audiendisque omnibus acerbis indignisque, quae manent victos, vindicabit. parati erunt, qui magno rogo in propatulo aedium accenso corpora exanima injiciant. Haec una via et honesta et libera ad mortem, et ipsi virtutem mirabuntur hostes, et Hannibal fortes socios sciet ab se desertos ac proditos esse.

XIV. Hanc orationem Virrii plures audierunt cum adsensu, quam lenti animo id, quod probabant, exsequi potuerunt. Major pars senatus, multis saepe bellis expertam populi Romani clementiam haud diffidentes sibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt, miseruntque. Vibium Virrium septem et viginti ferme senatores domum secuti sunt, epulatique cum eo; et, quantum facere potuerant, alienatis

quelli pertanto di voi, che son fermi di morire, innanzi che vedere cotanti orrori, oggi ho allestito, e preparato in mia casa un banchetto. Come sarem satolli di cibo e di vino, sarà portato in giro quel nappo medesimo, che mi sarà stato presentato; questa pozione ci libererà il corpo dai cruciati, l'animo dagli oltraggi, gli occhi e gli orecchi dal mirare ed udire tutte le infamie, e i vituperj, che destinano ai vinti. Ci sarà gente in pronto, che getterà i corpi morti in un gran rogo acceso nel cortile. Questa è la sola onorata e libera via di andare a morte. Ammireranno i nemici stessi il coraggio, e Annibale conoscerà quai forti alleati ha egli traditi e abbandonati.

XIV. Più furono quelli, che ascoltarono questo discorso con approvazione, che quelli che poterono eseguire con animo forte quello, che approvavano. La maggior parte del senato non diffidando, che la clemenza del popolo Romano, provata spesso in molte guerre, non avesse a piegarsi eziandio a favor loro, decretarono e mandarono ambasciatori, i quali dessero Capua ai Romani. Ventisette senatori a un dipresso seguirono Vibio Virrio alla sua casa, e banchettarono con lui; e alienando, quanto più poterono,

col vino, le loro menti dal male soprastante, tutti presero il veleno; indi, licenziato il convito, datisi le destre, e l' ultimo abbracciamento, piangendo il loro e il tristo caso della patria, altri si rimasero per essere abbruciati nello stesso rogo, altri andarono alle lor case. Le vene rigonfie pel cibo e pel vino allentarono in parte l' efficacia del veleno nell' affrettare la morte. Quindi i più di loro, stati agonizzando tutta la notte, e parte del dì seguente, tutti però, innanzi che si aprissero le porte, spirarono. Il dì appresso la porta di Giove, che guardava il campo Romano, al cenno del proconsole fu aperta; per essa s' introdusse una legione, e due squadroni col legato Cajo Fulvio. Questi, avendosi primieramente fatte portare le armi tutte e da offesa e da difesa, ch' erano in Capua, messe guardie a ciascuna delle porte, onde nessuno potesse uscire, o esser mandato fuori, fece prigione il presidio Cartaginese, ed ordinò, che il senato di Capua andasse al campo ai comandanti Romani. Dove essendo venuti, furon subito messi in catene, e comandati di consegnare ai questori tutto l' oro e l' argento, che avessero. L' oro fu settanta libbre, l' ar-

mentibus vino ab inminentis sensu mali, venenum omnes sumserunt: inde misso convivio, dextris inter se datis, ultimoque complexu conlacrimantes suum patriaeque casum, alii, ut eodem rogo cremarentur, manserunt; alii domos digressi sunt. Impletae cibis vinoque venae minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. itaque noctem totam plerique eorum, et diei insequentis partem quum animam egissent; omnes tamen, priusquam aperirentur hostibus portae, exspiraruut. Postero die porta Jovis, quae adversus castra Romana erat, jussu proconsulis aperta est. ea intromissa legio una et duae alae, cum C. Fulvio legato. Is, quum omnium primum arma telaque, quae Capuae erant, ad se conferenda curasset, custodiis ad omnes portas dispositis, ne quis exire aut emitti posset, praesidium Punicum comprehendit, senatum Campanum ire in castra ad imperatores Romanos jussit. quo quum venissent, extemplo his omnibus catenae injectae, jussique ad quaestores deferre, quod auri argentique haberent. auri pondo septuaginta fuit, argenti

tria millia pondo et ducenta. senatores quinque et viginti Cales in custodiam, duodetriginta Teanum missi: quorum de sententia maxime descitum ab Romanis constabat.

XV. De supplicio Campani senatus haudquaquam inter Fulvium Claudiumque conveniebat. Facilis impetrandae veniae Claudius, Fulvio durior sententia erat. Itaque Appius Romam ad senatum arbitrium ejus rei totum rejiciebat: percunctandi etiam aequum esse potestatem fieri Patribus, num communicassent consilia cum aliquibus sociorum Latini nominis municipiorum: et num ope eorum in bello forent et municipiorum adjuti. *Id vero minime committendum esse,* Fulvius dicere, *ut sollicitarentur criminibus dubiis sociorum fidelium animi: et subjicerentur indicibus, queis, neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam umquam pensi fuisset. itaque se eam quaestionem obpressurum exstincturumque.* Ab hoc sermone quum digressi essent, et Appius, quamvis ferociter loquentem, collegam, non dubitaret, tamen literas super tanta re ab Roma exspectaturum;

gento, tre mila dugento. Venticinque senatori furon mandati a Cale per esservi custoditi, vent' otto a Teano; eran quelli, pel cui consiglio specialmente si sapeva esser nata la ribellione.

XV. Intorno al supplizio del senato di Capua non si accordavano punto Claudio, e Fulvio. Claudio piegava più facile al perdono, era più duro il parere di Fulvio. Quindi Appio rimetteva tutto l' arbitrio della cosa a Roma al senato; esser anche conveniente di lasciare a' Padri l' agio di ricercare, se i Capuani avessero avuto intelligenza con alcuno dei municipj confederati del nome Latino, e se essi, e i municipj avessero ajutato nella guerra i Capuani. Fulvio rispondeva, *che anzi ciò non era da farsi non dovendosi travagliare gli animi de' fedeli alleati con dubbie imputazioni, e sottoporli a indizj di gente, che non badava punto nè a ciò, che facesse, nè a ciò che dicesse; che così avrebbe impedita e spenta ogni disamina.* Separatisi dopo questo discorso, e Appio non dubitando, che il collega, benchè parlandosi fieramente, avrebbe aspettate le lettere di Roma sopra così grave argomento, Fulvio, licenziati gli officiali della sua corte, onde da questi

stessi non si mettesse ostacolo al suo disegno, comandò ai tribuni de' soldati, e ai capitani degli alleati, che ordinassero a due mila scelti cavalieri, che al terzo segno della tromba fossero in pronto. Andato la notte con questa banda di cavalli a Teano, entrò nella porta sul far del giorno, e portossi diritto alla piazza; e concorsa molta gente al primo ingresso de' cavalli, fe citare il magistrato Sidicino, ed ordinò, che traesse fuori i Campani, che aveva in custodia. Tutti furono presentati; e battuti di verghe, e percossi di scure. Indi a sciolta briglia corre a Cale; dove, sedutosi in tribunale, mentre si legavano al palo i Campani, tratti di prigione, venne da Roma a sproni battuti un cavaliere, e gli consegnò lettera del pretore Cajo Calpurnio, con decreto del senato. Dal tribunale subito si diffuse per tutta l' adunanza, che l' affare dei Campani si riservava int tto al senato. Ed anche Fulvio, stimando, che così fosse, ricevuta la lettera, e non disuggellata, e postasela in seno, ordinò al banditore, che il littore facesse secondo la legge. Così anche quelli, ch' erano a Cale, furono giustiziati. Allora lesse la lettera, ed il decreto del senato, tardi

Fulvius, ne id ipsum inpedimentum incepto foret, dimittens praetorium, tribunis militum ac praefectis sociûm imperavit, uti duobus millibus equitum delectis denunciarent, ut ad tertiam buccinam praesto essent. Cum hoc equitatu nocte Teanum profectus, prima luce portam intravit, atque in forum perrexit: concursuque ad primum equitum ingressum facto, magistratum Sidicinum citari jussit, imperavitque, nt produceret Campanos, quos in custodia haberet. Producti omnes, virgisque caesi, ac securi percussi. Inde citato equo Cales percurrit: ubi quum in tribunali consedisset, productique Campani deligarentur ad palum, eques citus ab Roma venit, literasque a C. Calpurnio praetore Fulvio et senatusconsultum tradidit. murmur ab tribunali totam concionem pervasit, differri rem integram ad Patres de Campanis. et Fulvius, id ita esse ratus, acceptas literas, neque resolutas, quum in gremio reposuisset, praeconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet. Ita de iis quoque, qui Calibus erant, sumtum supplicium. Tum literae lectae senatusque consultum, serum ad

inpediendam rem actam; quae summa ope adproperata erat, ne inpediri posset. Consurgentem jam Fulvium Taurea Jubellius Campanus, per mediam vadens urbem turbamque, nomine inclamavit: et, quum, mirabundus quidnam sese vellet, resedisset Flaccus, *Me quoque,* inquit, *jube occidi, ut gloriari possis, multo fortiorem, quam ipse es, virum abs te occisum esse.* Quum Flaccus negaret, *profecto satis compotem mentis esse:* modo, *prohiberi etiam se, si id vellet, senatusconsulto,* diceret: tum Jebellius, *Quandoquidam,* inquit, *capta patria, propinquis amicisque amissis, quum ipse manu mea conjugem liberosque interfecerim, ne quid indigni paterentur, mihi ne mortis quidem copia eadem est, quae his civibus meis; petatur a virtute invisae hujus vitae vindicta.* atque ita gladio, quem veste texerat, per adversum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

XVI. Quia, et quod ad supplicium adtinet Campanorum, et pleraque alia, de Flacci unius sententia acta erant; mortuum Ap. Clau-

però per impedire la cosa fatta, e ch'era stata quanto mai accelerata, perchè non fosse impedita. Levandosi già Fulvio da sedere, Taurea Jubellio, Campano, passando per mezzo alla città, ed alla turba, chiamollo per nome, e Flacco essendosi rimesso a sedere, maravigliando, che mai volesse, *fa*, disse Jubellio, *uccider me pure, onde tu possa gloriarti di aver ucciso un uomo assai più intrepido, che tu non sei.* Fabio dicendo, *che colui era senza dubbio fuor di senno, poi, che se anche il volesse, glielo vietava il decreto del senato*, allora Jubellio, *poi che*, disse, *presa la patria, perduti i congiunti e gli amici, avendo io stesso ucciso di mia mano la moglie, e i figli, onde non soffrissero nessuna indeguità, non mi si lascia nè anche la facoltà di morire, che si è lasciata a questi miei concittadini, traggasi dal coraggio la forza di liberarmi da questa odiata vita;* e in così dire, trapassatosi il petto col ferro, che tenea celato sotto la veste, cadde moriente a' piedi del proconsole.

XVI. E perchè quello, che appartiene al supplizio de' Capuani, e parecchie altre cose erano state fatte di volontà del solo Flacco, alcuni scrivono, che Appio

dium sub deditionem Capuae, quidam tradunt. hunc quoque ipsum Tauream neque sua sponte venisse Cales, neque sua manu interfectum: sed, dum inter ceteros ad palum deligatur, quia parum inter strepitus exaudiri possent, quae vociferabatur, silentium fieri Flaccum jussisse: tum Taurcam illa, quae ante memorata sunt, dixisse, *virum se fortissimum ab nequaquam pari ad virtutem occidi.* Sub haec dicta, jussu proconsulis praeconem ita pronunciasse: *Lictor, viro forti adde virgas, et in eum primum lege age.* Lectum quoque senatusconsultum, priusquam securi feriret, quidam auctores sunt. sed, quia adscriptum in senatusconsulto fuerit, *si ei videretur, integram rem ad senatum rejiceret,* interpretatum esse, quid magis e republica duceret, aestimationem sibi permissam. Capuam a Calibus reditum est, Atellaque et Calatia in deditionem acceptae, ibi quoque in eos, qui capita rerum erant, animadversum. Ita ad septuaginta principes senatus interfecti; trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi; alii, per sociorum Latini nominis urbes in custodias dati, variis casibus

interierunt. multitudo alia civium Campanorum venumdata. De urbe agroque reliqua consultatio fuit, quibusdam delendam censentibus urbem praevalidam, propinquam, inimicam. Ceterum praesens utilitas vicit. nam propter agrum, quem omni fertilitate terrae satis constabat primum in Italia esse, urbs servata est, ut esset aliqua aratorum sedes. urbi frequentandae multitudo incolarum libertinorumque et institorum opificumque retenta: ager omnis et tecta publica populi Romani facta. Ceterum habitari tantum, tamquam urbem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec senatus, nec plebis concilium, nec magistratus esse. sine consilio publico, sine imperio multitudinem, nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore. praefectum ad jura reddenda ab Roma quotannis missuros. Ita ad Capuam res compositae, consilio ab omni parte laudabili. severe et celeriter in maxime noxios animadversum: multitudo civium dissipata in nullam spem reditus: non saevitum incendiis ruinisque in tecta innoxia murosque: et cum emolumento

l'altra moltitudine fu venduta. Si trattò poi della città, e del territorio, opinando alcuni che si dovesse spianare al suolo una città potentissima, vicina e nemica. Se non che vinse il riguardo della presente utilità. Perciocchè per rispetto al territorio, che si sapeva essere per fertilità d'ogni sorte il primo in Italia, la città fu conservata, perchè ci avessero i lavoratori del paese qualche ricetto; e a renderla popolosa si ritennero molti abitatori, e servi manomessi, mercanti ed artefici; tutto il territorio e le fabbriche furono del popolo Romano. Del resto, si volle che Capua fosse non altro, che abitata, e frequentata come città; però non avesse corpo municipale, non senato, non adunanze di popolo, nè magistrati; senza pubblico consiglio, senza comando, la moltitudine, non comunicando tra se, sarebbe stata inabile a cospirare; si manderebbe ogni anno un prefetto da Roma ad amministrar la giustizia. Così furono assestate le cose di Capua, con saggezza per ogni conto lodevole. Si castigarono severamente e prestamente i rei principali; la moltitudine dei cittadini fu dispersa senza speranza di ritorno; non si usarono crudeltà d'incendj, nè di ruine contro i tetti innocenti, e le mura; si cercò an-

che di sfoggiare agli occhi degli alleati una tal quale apparenza di clemenza, conservando una delle più cospicue, e più ricche città, la rovina della quale contristato avrebbe la Campania tutta, e tutti i popoli, che abitano all'intorno; in fine si sforzò il nemico a confessare, quanto fosser fermi i Romani nel punire gli alleati infedeli, quanto fosse impotente Annibale a difendere chi s'era dato alla sua fede.

XVII. I Romani Padri, liberati da ogni pensiero per ciò, che risguardava Capua, decretano a Cajo Nerone, delle due legioni ch'egli aveva avute a Capua, sei mila fanti e trecento cavalli, a scelta di lui, e pari numero di fanti degli alleati Latini, con ottocento cavalli. Imbarcato quest'esercito a Pozzuoli, Nerone trasportollo in Ispagna. Venuto a Tarracona, e messe a terra le genti, e tirate in secco le navi, avendo anche armate, per crescere il numero, le ciurme, andato al fiume Ibero, ricevette l'esercito da Tito Fontejo, e da Lucio Marcio; indi si move alla volta del nemico. Era accampato Asdrubale, figlio di Amilcare, nel paese degli Ausetani a Pietre-Nere, luogo posto tra i castelli d'Illiturgi, e di Men-

quaesita etiam apud socios lenitatis species, incolumitate urbis nobilissimae opulentissimaeque, cujus ruinis omnis Campania, omnes, qui Campaniam circa adcolunt, populi ingemuissent: confessio expressa hosti, quanta vis in Romanis ad expetendas poenas ab infidelibus sociis, et quam nihil in Hannibale auxilii ad receptos in fidem tuendos esset.

XVII. Romani Patres, perfuncti, quod ad Capuam adtinebat, cura, C. Neroni ex iis duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat, sex millia peditum, et trecentos equites, quos ipse legisset, et sociûm Latini nominis peditum numerum parem, et octingentos equites decernunt. eum exercitum Puteolis in naves impositum Nero in Hispaniam transportavit. Quum Tarraconem navibus venisset, expositisque ibi copiis, et navibus subductis, socios quoque navales multitudinis augendae caussa armasset; profectus ad Iberum flumen, exercitum ab T. Fontejo et L. Marcio accepit. inde pergit ad hostes ire. Hasdrubal Hamilcaris ad Lapides atros castra habebat in Ausetanis. is locus

est inter oppida Illiturgin et Mentissam. Hujus saltus fauces Nero occupavit. Hasdrubal, ne in arto res esset, caduceatorem misit, qui promitteret, si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. Quam rem quum laeto animo Romanus accepisset, diem posterum Hasdrubal conloquio petivit, ut Romani leges conscriberent de tradendis arcibus urbium, dieque statuenda, ad quam praesidia deducerentur, suaque omnia sine fraude Poeni deportarent. Quod ubi impetravit, extemplo primis tenebris, atque inde tota nocte, quod gravissimum exercitus erat, Hasdrubal, quacumque posset, evadere e saltu jussit. data sedulo opera est, ne multi ea nocte exirent, ut ipsa paucitas, quum ad hostem silentio fallendum aptior, tum ad evadendum per artas semitas ac difficiles esset. Ventum insequenti die ad conloquium est: sed loquendo plura scribendoque, dedita opera, quae in rem non essent, die consumto, in posterum dilatum est. Addita insequens nox spatium dedit et alios emittendi: nec postero die res finem invenit. ita aliquot dies disceptando palam de

tissa. Nerone occupò le bocche di quel passo. Asdrubale, per non trovarsi rinchiuso, mandò un messaggero a promettere, che, se si fosse lasciato uscire di là, avrebbe tratto tutto l' esercito fuori di Spagna. Avendo il Romano udito ciò con molto piacere, Asdrubale domandò un abboccamento pel dì seguente, acciocchè i Romani dettassero le leggi per la consegna delle fortezze, e stabilissero il giorno, in cui sortissero i presidj, e i Cartaginesi asportassero tutte le robe loro senza essere molestati. Il che impetrato, Asdrubale, subito ordinò, che durante la notte tutti i più grossi bagagli dell' esercito uscissero, come meglio potessero, da quelle strette. Si badò, che in quella notte non ne uscissero molti, acciocchè la stessa pochezza col non far rumore e fosse più atta a gabbare il nemico, e a trarsi fuori per que' sentieri angusti e difficili. Si venne il dì seguente ad abboccarsi: ma col parlare e scrivere a bella posta più cose, che non erano al proposito, consumato il giorno, fu rimesso l' affare al seguente. L' altra notte aggiunta diede spazio a far uscire altra gente; e nè anche il dì appresso si finì di trattare. Così furono consumati parecchi

giorni, nel disputare palesemente dei patti, e parecchie notti nel fare uscire occultamente i Cartaginesi dal campo; e poi che fu mandata fuori la maggior parte dell' esercito, già non si stava più nè anche a quello, che s' era detto innanzi; e scemando la fede collo scemar del timore, sempre manco si si accordava. Già quasi tutte le forze pedestri erano fuori delle strette, quando sul far del giorno una densa nebbia ricoperse tutto quel tratto, e la campagna d' intorno. Il che veduto, Asdrubale mandò a Nerone a chiedere che si differisse l' abboccamento al dì seguente; che quello era giorno, in cui la religione vietava ai Cartaginesi di occuparsi di cose serie. Nè anche allora s' ebbe sospetto di frode. Conceduta la dilazione di quel giorno, subito Asdrubale, uscito dal campo colla cavalleria, e cogli elefanti, si trasse senza rumore in sicuro. Verso l' ora quarta la nebbia cacciata dal sole mostrò il chiaro giorno, e i Romani videro gli alloggiamenti nemici del tutto voti. Allora finalmente Claudio, riconoscendo la frode Punica, come si accorse d' essere stato gabbato, si pose ad inseguire Asdrubale, pronto di venire a battaglia; ma il nemico la schivava; si facevan però leggiere scaramucce tra la

legibus, noctesque emittendis clam e castris Karthaginiensibus, absumtae: et, postquam major pars emissa exercitus erat, jam ne iis quidem, quae ultro dicta erant, stabatur: minusque ac minus (cum timore simul fide decrescente) conveniebat. Jam ferme pedestres omnes copiae evaserant e saltu: quum prima luce densa nebula saltum omnem camposque circa intexit. quod ubi sensit Hasdrubal, mittit ad Neronem, qui in posterum diem conloquium differret. illum diem religiosum Karthaginiensibus ad agendum quidquam rei seriae esse. Ne tum quidem suspecta fraus. quum data esset venia ejus diei, extemplo Hasdrubal, cum equitatu elephantisque castris egressus, sine ullo tumultu in tutum evasit. Hora ferme quarta dispulsa sole nebula aperuit diem, vacuaque hostium castra conspexerunt Romani. Tum demum Claudius, Punicam fraudem agnoscens, ut se dolo captum sensit, proficiscentem institit sequi, paratus confligere acie: sed hostis detrectabat pugnam, levia tamen proelia inter extremum Pu-

nicum agmen praecursoresque Romanorum fiebant.

XVIII. Inter haec Hispaniae populi, nec qui post cladem acceptam defecerant, redibant ad Romanos,nec ulli novi deficiebant. Et Romae senatui populoque, post receptam Capuam,non Italiae jam major,quam Hispaniae, cura erat: et exercitum augeri, et imperatorem mitti placebat. nec tamen, quem mitterent, satis constabat; quam illud, ubi duo summi imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura diligendum esse. Quum alii alium nominarent, postremum eo decursûm est, ut populus proconsuli creando in Hispaniam comitia haberet: diemque comitiis consules edixerunt. Primo exspectaverant, ut, qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. quae ut destituta exspectatio est, redintegratus luctus acceptae cladis, desideriumque imperatorum amissorum. Moesta itaque civitas, prope inops consilii, comitiorum die tamen in campum descendit: atque in magistratus versi circumspectant ora prin-

retroguardia Cartaginese, e i precursori de' Romani.

XVIII. In questo mezzo nè i popoli di Spagna, che si erano ribellati dopo la rotta ricevuta, tornavano ai Romani, nè alcun altro nuovo si ribellava. E a Roma il senato ed il popolo, dopo la presa di Capua, non si pigliavano maggior cura dell' Italia, che della Spagna; e si stabilì di accrescerne l' esercito, e mandarvi un comandante; nè però sapevano, chi vi si dovesse mandare; bensì ch' era da scegliersi con diligenza straordinaria quello, che aveva a succedere in luogo de' due capitani, ch' eran periti in quel paese nello spazio di trenta giorni. Nominando chi uno e chi un altro, si venne finalmente a questo, che il popolo tenesse i comizj per nominare un proconsole nella Spagna. E i consoli stabilirono il giorno dei comizj. Aveano aspettato dapprima, che quelli, i quali si riputassero degni di sì importante comando, proponessero i loro nomi; delusa la quale aspettazione, rinovossi il lutto della passata sconfitta, e un sovvenir doloroso dei comandanti perduti. Mesta pertanto la città, priva quasi di consiglio, pure il giorno dei comizj discese al campo Marzio; e voltisi ai magistrati, fisano in viso i principali

cittadini, che si stanno guardandosi l'un l'altro, e dolgonsi con sordo mormorio, a tale stato e disperazione esser giunta la repubblica, che nessuno osi accettare il comando della Spagna. Quando all'improvviso Publio Cornelio, figlio di quel Publio, ch'era perito in Ispagna, giovane a un dipresso d'anni ventiquattro, dichiaratosi, che dimandava, si collocò in luogo eminente, donde potesse esser visto. Poi che tutti gli sguardi s'ebbero volti verso di lui, ognuno colle grida, e col favore gli augurò felice e fortunato quel comando. Indi chiamati a dare il suffragio, non solo tutte le centurie, ma eziandio tutti gli uomini conferirono il comando della Spagna a Publio Scipione. Ma poi, fatta la cosa, e sedato il primo ardore ed impeto degli animi, nacque subito un silenzio, una tacita considerazione, che avessero fatto? se forse non potè più il favore, che la ragione? e specialmente facea riguardo l'età; alcuni anche paventavano la mala fortuna della casa, e il cognome del giovanetto, che da due sgraziate famiglie andava a guerreggiare tra le tombe del padre e dello zio.

XIX. Come vide Scipione codesta inquietezza, e travagliosa cura degli uomini

cipum, aliorum alios intuentium, fremuntque, adeo perditas res desperatumque de republica esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere. Quum subito P. Cornelius, Publii, qui Hispania ceciderat, filius, quatuor et viginti ferme annos natus, professus se petere, in superiore, unde conspici posset, loco constitit. In quem postquam omnium ora conversa sunt, clamore ac favore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium. jussi deinde inire suffragium, ad unum omnes non centuriae modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt. Ceterum post rem actam, ut jam resederat inpetus animorum ardorque, silentium subito ortum et tacita cogitatio, quidnam egissent? num favor plus valuisset, quam ratio? aetatis maxime poenitebat: quidam fortunam etiam domus horrebant nomenque, ex funestis duabus familiis, in eas provincias, ubi inter sepulcra patris patruique res gerendae essent, proficiscentis.

XIX. Quam ubi ab re tanto inpetu acta solicitudinem curamque hominum animad-

vertit, advocata concione, ita de aetate sua imperioque mandato, et bello, quod gerundum esset, magno elatoque animo disseruit, ut ardorem eum, qui resederat, excitaret rursus novaretque: et impleret homines certioris spei, quam quantam fides promissi humani, aut ratio ex fiducia rerum subjicere solet. Fuit enim Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus: pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas visa species, aut velut divinitus mente monita, agens: sive et ipse capti quadam superstitione animi, sive ut imperia consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione exsequerentur. Ad hoc jam inde ab initio praeparans animos, ex quo togam virilem sumsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque aedem consideret: et plerumque solus in secreto ibi tempus tereret. Hic mos, qui per omnem vitam servabatur, seu consulto, seu tèmere, vulgatae

per la cosa fatta con sì grand' impeto, chiamato il popolo a parlamento, favellò dell' età sua, dell' affidatogli comando, della guerra, che avea preso a governare, con tanta grandezza ed elevatezza d' animo che ridestò, e rinovò quell' ardore, che s' era alquanto calmato, ed empiè i petti di più secura fidanza, che non suole arrecarne fede di umana promessa, o ragionamento tratto da certa cognizion delle cose. Perciocchè fu Scipione non solamente ammirabile per le vere virtù, ma eziandio sin da giovanetto per non so qual arte sua addestrato a metterle in bella mostra, spacciando presso la moltitudine, ch' ei facesse parecchie cose o rivelategli da notturne visioni, o quasi divinamente ispirategli; o perchè fosse preso da certa superstizione, o perchè gli ordini e consigli suoi, quasi dettati da oracolo, fossero senza indugio eseguiti. Preparando a questo gli animi altrui sin dal tempo, in cui prese la toga virile, non mai fece cosa nè pubblica, nè privata, che prima non fosse andato sul Campidoglio, ed entrato nel tempio vi sedesse; e quivi, per lo più solo, consumasse in segreto alcun tempo. Questo costume, che conservò per tutta la vita, o deliberatamente, o a caso, accreditò presso

alcuni la divolgata opinione, ch'egli fosse di sangue celeste; e rinovò la voce, già prima corsa di Alessandro il Grande, ed egualmente vana e favolosa, ch' egli fosse stato generato da un serpente di smisurata grandezza, che s' era veduto apparire più volte nella stanza di sua madre, e che sopravvenendo persone, s' era all' improvviso dileguato, sparendo dagli occhi. Non iscemò egli mai la credenza a codesti prodigj, anzi piuttosto con una sorte di arte l' accrebbe, non negando, che così fosse a un dipresso, e non l' affermando. Molte altre cose di simil fatta, altre vere, altre infinte aveano destata per questo giovane un' ammirazione fuor di misura; in che fidando la città, commise a quell' età tuttora immatura un affare di sì gran mole, e un sì importante comando. Alle forze, che avea la Spagna nel vecchio esercito, e che avean fatto con Cajo Nerone il tragitto da Pozzuolo, si aggiungono dieci mila fanti, e mille cavalli; gli si dà il propretore Marco Junio Silano ad assisterlo nelle imprese. Così con una flotta di trenta navi (ed eran tutte quinqueremi) partito dalle bocche del Tevere, costeggiando le rive del mar Toscano, girate le Alpi, e il Golfo Gallico, indi il promontorio del

opinioni fidem apud quosdam fecit, stirpis eum divinae virum esse; retulitque famam, in Alexandro Magno prius vulgatam, et vanitate et fabula parem, anguis inmanis concubitu conceptum, et in cubiculo matris ejus persaepe visam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapsam. His miraculis numquam ab ipso elusa fides est: quin potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quidquam, nec palam adfirmandi. Multa alia ejusdem generis, alia vera, alia adsimulata, admirationis humanae in eo juvene excesserant modum: quibus freta tunc civitas, aetati haudquaquam maturae tantam molem rerum, tantumque imperium permisit. Ad eas copias, quas ex vetere exercitu Hispania habebat, quaeque a Puteolis cum C. Nerone trajectae erant, decem millia militum et mille equites adduntur. et M. Junius Silanus propraetor adjutor ad res gerendas datus est. Ita cum triginta navium classe (omnes autem quinqueremes erant) ostiis Tiberinis profectus praeter oram Tusci maris, Alpes atque Gallicum sinum, et deinde Pyrenei circum-

vectus promontorium, Emporiis urbe Graeca (oriundi et ipsi a Phocaea sunt) copias exposuit: inde sequi navibus jussis, Tarraconem pedibus profectus, conventum omnium sociorum (etenim legationes ad famam adventus ejus ex omni se provincia effuderant) habuit. naves ibi subduci jussit, remissis quatuor triremibus Massiliensium, quae officii caussa ab domo prosecutae fuerant. Responsa inde legationibus suspensis varietate tot casuum dare coepit, ita elato ab ingenti virtutum suarum fiducia animo, ut nullum ferox verbum excideret; ingensque omnibus, quae diceret, quum majestas inesset, tum fides.

XX. Profectus ab Tarracone, et civitates sociorum et hiberna exercitus adiit: conlaudavitque milites, quod duabus tantis cladibus deinceps icti, provinciam obtinuissent: nec fructum secundarum rerum sentire hostes passi, omni cis Iberum agro eos arcuissent, sociosque cum fide tutati essent. Marcium secum habebat cum tanto honore, ut facile adpareret, nihil minus, quam vereri, ne quis obstaret gloriae suae. Successit inde Neroni

Pirèneo, sbarcò le sue genti a Emporia, città greca (oriondi essi pure dalla Focea); indi detto alle navi, che lo seguissero, andato a piedi a Tarracona, vi tenne una dieta di tutti gli alleati, perciocchè alla fama di sua venuta eran concorse ambascerie da tutta la Spagna. Quivi fe tirare in secco le navi, rimandate le quattro triremi dei Marsigliesi, che da casa lo aveano accompagnato per onorarlo. Poi cominciò a rispondere agli ambasciatori, sospesi per la varietà di tanti casi, con tale elevatezza d'animo per la fidanza che avea nelle sue virtù, che non gli cadde di bocca parola, che fosse altera; e in tutto quello che diceva, appariva insieme la maestà, e la fede.

XX. Partito da Tarracona, visitò le città degli alleati, e i quartieri d'inverno de' soldati; e lodò questi, perchè quantunque percossi da due sì grandi sconfitte, s'erano mantenuti nella provincia, e non lasciando, che i nemici gustassero il frutto de' loro prosperi successi, gli avesser tenuti lontani da tutto il paese di qua dall' Ibero, e difeso avessero con tutta fede gli alleati. Aveva seco Marcio in tal guisa onorandolo, che facilmente appariva niente manco temer egli, quanto che alcuno offuscasse là sua gloria. Indi Silano

succedette a Nerone; e i nuovi soldati furon messi a' quartieri d' inverno. Fatto, e visitato tutto quello, ch' era da fare e visitare, tornò Scipione a Tarracona. La fama di Scipione non era puntò minore presso i nemici di quel che fosse presso i cittadini, e gli alleati, come pure il concetto di una certa divinazione del futuro, che tanto più atterriva, quanto meno si potea render ragione del timore nato senza apparente motivo. I nemici erano andati a' quartieri d' inverno in' luoghi diversi; Asdrubale, figlio di Giscone sino all' Oceano, ed a Cadice, Magone nei paesi entro terra, specialmente sopra la selva Castulonese; Asdrubale, figlio di Amilcare svernò presso all' Ibero ne' contorni di Sagunto. Nel fine di quella state, in cui fu presa Capua, e Scipione venne in Ispagna, la flotta Cartaginese, chiamata dalla Sicilia a Taranto per impedire le vettovaglie al presidio Romano, che guardava quella fortezza, avea bensì chiuso ogni accesso dal mare alla rocca; ma prolungando di troppo la sua stazione, affamava più gli alleati, che i nemici. Perciocchè non si poteva col soccorso delle navi Cartaginesi portare ai terrazzani dalle tranquille coste, e dai porti aperti tanto frumento, quanto ne consumava la flotta

Silanus, et in hiberna novi milites deducti. Scipio, omnibus, quae adeunda agendaque erant, mature aditis peractisque, Tarraconem concessit. Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quam apud cives sociosque, et divinatio quaedam futuri; quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere, majorem inferens metum. In hiberna diversi concesserant: Hasdrubal Gisgonis usque ad oceanum et Gades: Mago in mediterranea, maxime suprā Castulonensem saltum: Hasdrubal Hamilcaris filius proximus Iberō circa Saguntum hibernavit. Aestatis ejus extremo, quo capta est Capua, et Scipio in Hispaniam venit, Punica classis, et Siciliā Tarentum adcitā ad arcendos commeatus praesidii Romani, quod in arce Tarentina erat, clauserat quidem omnes ad arcem a mari aditus; sed adsidendo diutius artiorem annonam sociis, quam hosti, faciebat. non enim tantum subvehi oppidanis per pacata litora apertosque portus praesidio navium Punicarum poterat, quantum frumenti classis ipsa turba navali

mixta ex omni genere hominum absumebat. ut arcis praesidium etiam sine invecto (quia pauci erant) ex ante praeparato sustentari posset; Tarentinis classique ne invectum quidem subficeret. Tandem majore gratia, quam venerat, classis dimissa est. annona haud multum laxaverat: quia, remoto maritimo praesidio, subvehi frumentum non poterat.

XXI. Ejusdem aestatis exitu, M. Marcellus ex Sicilia provincia quum ad urbem venisset, a C. Calpurnio praetore senatus ei ad aedem Bellonae datus est. ibi quum de rebus a se gestis disseruisset, questus leniter non suam magis, quam militum, vicem, quod provincia confecta exercitum deportare non licuisset, postulavit, ut triumphanti urbem inire liceret. id non impetravit. Quum multis verbis actum esset, utrum minus conveniret, cujus nomine absentis, [ob res prospere ductu ejus gestas] supplicatio decreta foret, et Diis inmortalibus habitus honos, ei praesenti negare triumphum: an, quem tradere exer-

stessa, e la ciurma, mista ad ogni generazione di gente; in modo, che il presidio della rocca (perchè eran pochi) poteva sostenersi, anche senza riceverne di nuovo, con quello provvisto in addietro; ed ai Tarentini, e alla flotta non bastava nè anche quello, che vi si portava. Finalmente la flotta fu licenziata con più contentezza, che quando venne; la carestia non s'era molto allentata, perchè, levato il sussidio di mare, non si potea portarvi grano dal di fuori.

XXI. Sul fine della state medesima, essendo Marco Marcello dalla Sicilia venuto a Roma, il pretore Cajo Calpurnio lo introdusse nel senato, che avea raccolto nel tempio di Bellona. Quivi, poi ch'ebbe Marcello parlato delle sue gesta, dolutosi modestamente non tanto della sua, quanto della sorte dell'esercito, che, compiuta l'impostagli commissione, non gli fosse stato concesso di ricondurlo a casa, chiese, che gli fosse lecito di entrare in Roma trionfante; e non l'ottenne. Essendosi disputato a lungo, se forse sconveniente cosa non fosse a quello, in nome del quale assente erano state decretate pubbliche preghiere, e ringraziamenti agli Dei immortali, al medesimo presente negare il trionfo, ovvero, se quegli, a cui

era stato commesso di consegnar l'esercito al successore, (il che non si decretava, che a guerra colà non ancora terminata) quegli stesso, quasi a guerra finita, dovesse trionfare, non vi essendo nè anche l'esercito, testimonio del meritato, o non meritato trionfo, si prese la via di mezzo, che entrasse ovante in Roma. I tribuni della plebe, autorizzati dal senato, proposero al popolo, che a Marco Marcello, in quel dì, che fosse entrato, gli fosse conservato il comando. Il dì innanzi, che entrasse, trionfò sul monte Albano; indi entrò in Roma ovante, portando dinanzi a se gran bottino. Col disegno rappresentante la presa Siracusa c'eran catapulte e balliste, e tutti gli altri bellici stromenti, e, frutto ed ornamento della lunga pace, e della regia opulenza, grande quantità d'oro e d'argento cesellato, suppellettili d'ogni sorte, preziose vesti, e molte statue di mano eccellente, di che Siracusa era adorna, quanto alcun'altra più cospicua città della Grecia. S'introdussero pur anche otto elefanti, documento della vittoria riportata sopra i Cartaginesi. Nè furono picciolo spettacolo Soside Siracusano, e Merico Spagnuolo, che precedevano con cerone d'oro sul capo; colla notturna

citum successori jussissent, (quod, nisi manente in provincia bello, non decerneretur) eum quasi debellato triumphare, quum exercitus, testis meriti atque inmeriti triumphi, abesset; medium visum, ut ovans urbem iniret. Tribuni plebis ex auctoritate senatus ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die urbem ovans iniret, imperium esset. Pridie, quam urbem iniret, in monte Albano triumphavit. inde ovans multam prae se praedam in urbem intulit. Cum simulacro captarum Syracusarum, catapultae ballistaeque, et alia omnia instrumenta belli lata, et pacis diuturnae regiaeque opulentiae ornamenta, argenti aerisque fabrefacti vis, alia supellex, pretiosaque vestis, et multa nobilia signa, quibus inter primas Graeciae urbes Syracusae ornatae fuerant. Punicae quoque victoriae signum, octo ducti elephanti. Et non minimum fuit spectaculum cum coronis aureis praecedentes Sosis Syracusanus, et Mericus Hispanus. quorum altero duce nocturno Syracusas introitum

erat; alter Nasum, quodque ibi praesidii erat, prodiderat. His ambobus civitas data, et quingena jugera agri. Sosidi in agro Syracusano, qui aut regius, aut hostium populi Romani fuisset, et aedes Syracusis cujus vellet eorum, in quos belli jure animadversum esset: Merico Hispanisque, qui cum eo transierant, urbs agerque in Sicilia ex iis, qui a populo Romano defecissent, jussa dari. Id M. Cornelio mandatum, ut, ubi ei videretur, urbem agrumque eis adsignaret. In eodem agro Belligeni, per quem inlectus ad transitionem Mericus erat, quadringenta jugera agri decreta. Post profectionem ex Sicilia Marcelli, Punica classis octo millia peditum, tria Numidarum equitum exposuit. Ad eos Murgantinae desciverunt terrae. secutae defectionem earum Hybla et Macella sunt, et ignobiliores quaedam aliae. Et Numidae, praefecto Mutine, vagi per totam Siciliam, sociorum populi Romani agros urebant. Super haec exercitus Romanus iratus, par-

scorta del primo s'era entrato in Siracusa; l'altro avea consegnata l'isola di Naso, ed il presidio, che ci era. Fu data ad ambedue la cittadinanza, e cinquecento giugeri di terra; a Soside nel contado Siracusano, dei terreni, ch'erano stati del re, o dei nemici del popolo Romano, ed una casa in Siracusa a suo piacimento, di quelle ch'erano state di alcuno dei giustiziati; a Merico, ed agli Spagnuoli, che lo avean seguitato, una casa in città, e una possessione nella Sicilia, di quelle, che aveano appartenuto ad alcun di coloro, che s'erano ribellati dal popolo Romano. Fu commesso a Marco Cornelio, che assegnasse loro, dove meglio gli sembrasse, codeste case e terreni. Nel medesimo contado furono assegnati quattrocento giugeri di terra a Belligene, che avea tirato Merico a ribellarsi. Dopo la partenza di Marcello dalla Sicilia, la flotta Cartaginese mise a terra ottomila fanti, e tre mila cavalli Numidi; si unirono ad essi i contadi di Murganza; e seguirono il loro esempio Ibla, e Macella, e alcuni altri luoghi di poco conto. I Numidi, sotto la condotta di Mutine, scorrendo per tutta la Sicilia, abbruciavan tutti i poderi degli alleati del popolo Romano. Si aggiungeva,

che l' esercito Romano, indispettito, parte perchè non s' eran lasciati partire dalla Sicilia col loro comandante, parte perchè gli aveano impediti di svernare nelle città murate, faceano debolmente il lor dovere; e mancava loro più tosto un capo, che la volontà a sollevarsi. In mezzo a queste difficoltà il pretore Marco Cornelio quetò gli animi dei soldati ora confortandoli, ed ora riprendendoli; e ritornò all' obbedienza tutte le città che s' erano ribellate; e di queste, per decreto del senato, assegnò Murganza agli Spagnuoli, a' quali era dovuta una stanza, ed un terreno.

XXII. Avendo ambedue i consoli il governo della Puglia in comune, nè più temendosi tanto i Cartaginesi ed Annibale, si ordinò loro, che si spartissero a sorte la Puglia e la Macedonia. Toccò la Macedonia a Sulpizio, il quale succedette a Levino. Tenendo Fulvio, richiamato a Roma, i comizj per l' elezione dei consoli, la centuria Veturia de' giovani, alla quale prima toccò dare il voto, nominò Tito Manlio Torquato, e Tito Otacilio. Manlio, ch' era presente, mentre la turba lo accerchiava per congratularsi seco lui, nè si dubitava punto del consentimento del popolo, circondato da immensa

tim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia: magisque eis auctor ad seditionem, quam animus, deerat. Inter has difficultates M. Cornelius praetor et militum animos, nunc consolando, nunc castigando, sedavit, et civitates omnes, quae defecerant, in ditionem redegit: atque ex his Murgantiam Hispanis, quibus urbs agerque debebatur, ex senatusconsulto adtribuit.

XXII. Consules, quum ambo Apuliam provinciam haberent, minusque jam terroris a Poenis et Hannibale esset, sortiri jussi Apuliam Macedoniamque provincias. Sulpicio Macedonia evenit, isque Laevino successit. Fulvius, Romam comitiorum caussa arcessitus, quum comitia consulibus rogandis haberet, praerogativa Veturia juniorum declaravit T. Manlium Torquatum et T. Otacilium. Manlius, qui presens erat, gratulandi caussa quum turba coïret, nec dubius esset consensus populi, magna circum-

fusus turba ad tribunal consulis venit; petitque, ut pauca sua verba audiret, centuriamque, quae tulisset suffragium, revocari juberet. Erectis omnibus exspectatione, quidnam postulaturus esset, oculorum valetudinem excusavit. *Inpudentem et gubernatorem et imperatorem esse, qui, quum alienis oculis ei omnia agenda sint, postulet sibi aliorum capita ac fortunas committi. proinde, si videretur, et redire in suffragium Veturiam juniorum juberet, et meminisset in consulibus creandis belli, quod in Italia sit, temporumque reipublicae. Vixdum requiesse aures a strepitu et tumultu hostili, quo paucos ante menses adsederint prope moenia Romana.* Post haec quum centuria frequens subclamasset, *nihil se mutare sententiae, eosdemque consules dicturos esse;* tum Torquatus, *Neque ego vestros,* inquit, *mores consul ferre potero, neque vos imperium meum. Redite in suffragium, et cogitate bellum Punicum in Italia, et hostium ducem Hannibalem esse.* Tum centuria, et auctoritate mota viri, et admirantium circa

folla, si presenta al tribunale del console, e chiede, che ascolti alcune poche parole, e richiami la centuria, che avea dato il voto. Levatisi tutti in aspettazione, qual cosa fosse egli per chiedere, si scusò dall' accettare allegando l' infermità degli occhi: *esser impudente quel governatore, e quel comandante, che costretto a valersi in ogni cosa degli occhi altrui, chiegga, che gli sia commessa la vita e la fortuna degli altri. Quindi, se gli piace, ordini, che la Veturia dei giovani ritorni a dare il voto, e rammenti nel creare i consoli, la guerra, che arde in Italia, e i tempi calamitosi della repubblica. Erano quasi ancora assordati gli orecchi dallo strepito e tumulto, con cui s' era piantato il nemico da non molti mesi sotto le mura di Roma.* Detto ciò, gridando tutta insieme la centuria, *che non cangiava parere, e che avrebbe nominati consoli i medesimi*, allora Torquato, *nè io potrò console tollerare i vostri costumi, nè voi il mio comando. Tornate a dare il voto, e rammentate, che i Cartaginesi vi fan guerra in Italia, e che il loro comandante è Annibale.* Allora la centuria, e mossa dall' autorità del personaggio, e dal mormorio di approvazione de' circostanti,

chiede al console, che chiami la Veturia dei seniori; *voler conferire coi maggiori di età, e seguire il lor parere nella nomina de' consoli.* Come furono chiamati, si diede loro tempo di abboccarsi insieme segretamente nell' ovile. I vecchi dissero, che non c'era da deliberare, che intorno a tre soggetti, due già ricolmi di onori, Quinto Fabio, e Marco Marcello, e se anche si volesse nominare alcun nuovo console contro i Cartaginesi, essersi Marco Valerio Levino condotto egregiamente per terra e per mare contro il re Filippo. Quindi, consultatisi intorno i tre, licenziati i seniori, i juniori vanno dare il voto. Nominaron consoli, in loro assenza, Marco Claudio Marcello, chiaro allora per la domata Sicilia, e Marco Valerio. Tutte le centurie seguirono l'autorità di quella che prima diede il voto. Vengano adesso ad irridere i tempi antichi. Certo se ci fosse una repubblica di sapienti, quale i dotti se la fingono in mente, piuttosto che la conoscano, son di avviso, che non ci si potrebbe trovare nè principali cittadini più gravi, e più lontani dall'ambizione di comandare, nè moltitudine di popolo più costumata. Che poi la centuria dei juniori abbia voluto consultare i

fremitu, petit a consule, ut Veturiam seniorum citaret: *Velle se cum majoribus natu conloqui, et ex auctoritate eorum consules dicere.* Citatis Veturiae senioribus, datum secreto in Ovili cum his conloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixerunt esse, duobus jam plenis honorum, Q. Fabio et M. Marcello; et, si utique novum aliquem adversus Poenos consulem creari vellent, M. Valerium Laevinum egregie adversus Philippum regem terra mariquo res gessisse. Ita de tribus consultatione data, senioribus dimissis, juniores suffragium ineunt. M. Claudium Marcellum, fulgentem tum Sicilia domita, et M. Valerium absentes consules dixerunt. auctoritatem praerogativae omnes centuriae secutae sunt. Eludant nunc antiqua mirantes. non equidem, si qua sit sapientium civitas, quam docti fingunt magis, quam norunt, aut principes graviores temperantioresque a cupidine imperii, aut multitudinem melius moratam censeam fieri posse. Centuriam vero juniorum seniores consulere voluisse, qui;

bus imperium suffragio mandaret, vix ut verisimile sit, parentum quoque hoc seculo vilis levisque apud liberos auctoritas fecit.

XXIII. Praetoria inde comitia habita P. Manlius Vulso, et L. Manlius Acidinus, et C. Laetorius, et L. Cincius Alimentus creati sunt. Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nunciaretur, T. Otacilium, quem T. Manlio, nisi interpellatus ordo comitiorum esset, collegam absentem daturus fuisse videbatur populus, mortuum in Sicilia esse. Ludi Apollinares et priore anno fuerant, et, eo anno ut fierent, referente Calpurnio praetore, senatus decrevit, ut in perpetuum voverentur. Eodem anno prodigia aliquot visa nunciataque sunt. In aede Concordiae Victoria, quae in culmine erat, fulmine icta decussaque, ad Victorias, quae in antefixis erant, haesit, neque inde procidit. Et Anagnia et Fregellis nunciatum est, murum portasque de coelo tactas: et in foro Sudertano sanguinis rivos per diem totum fluxisse, et Ereti lapidibus pluisse, et Reate mulam pepe-

seniori, chi dovesse ella proporre a' consoli, fe che sembri poco credibile la, eziandio in questo secolo, invilita e debile autorità de' genitori sopra i figliuoli.

XXIII. Indi si tennero i comizj per la elezione dei pretori; furon creati Publio Manlio Vulsone, Lucio Manlio Acidino, Cajo Letorio, e Lucio Cincio Alimento. Accadde a caso, che, terminati i comizi, si annunziò esser morto in Sicilia Tito Otacilio, quegli, che pareva che il popolo avrebbe dato collega, in sua assenza, a Tito Manlio, se non fosse stato interrotto l'ordine delle elezioni. I giuochi Apollinari e s' erano fatti l' anno innanzi, e proponendo il pretore Cajo Calpurnio, che si facessero anche in questo, il senato decretò, che si celebrassero tutti gli anni in perpetuo. In quell' anno medesimo furon visti ed annunziati alquanti prodigj. La Vittoria, ch' era in cima al tempio della Concordia, colpita ed abbattuta da un fulmine, cadendo si attaccò alle Vittorie, che adornavano la cornice, nè più se ne spiccò. E si annunziò da Anagnia, e da Fregelle, che le mura e le porte erano state percosse da fulmini; e che nella piazza di Suderto eran corsi rivi di sangue un intero giorno; che ad Ereto eran piovute pietre, e che a Reate una mula

avea partorito. Si espiarono questi prodigj con le vittime maggiori; e s' intimarono pubbliche preci per tutto un giorno, e nove di di sagrifizj. Morirono in quell' anno alcuni pubblici sacerdoti, cui se ne surrogarono di nuovi; in luogo di Manio Emilio Numida decemviro ai sagrifizj, Marco Emilio Lepido; in luogo del pontefice Manio Pomponio Matone, Cajo Livio; in luogo di Spurio Carvilio, vugure Massimo, Marco Servilio. Perchè il pontefice Tito Otacilio Crasso era morto, compiuto il suo anno, non si nominò in suo luogo. Cajo Claudio, sacerdote di Giove, perchè avea presentate le viscere in modo non debito, rinunziò al sacerdozio.

XXIV. In quel medesimo tempo Marco Valerio Levino, saggiati prima con segreti abboccamenti gli animi dei principali cittadini, venne con alquanti legni leggieri alla dieta degli Etoli, stata precedentemente intimata a tal effetto. Dove, poi ch' ebbe esposta la presa di Siracusa e di Capua a far fede dei successi ottenuti nella Sicilia, ed in Italia, aggiunse *essere costume dei Romani, già sin ricevuto da' lor maggiori, di coltivare gli alleati, altri de' quali aveano ammessi alla loro cittadinanza, e a dritti*

risse. Ea prodigia hostiis majoribus sunt procurata, et obsecratio in unum diem populo indicta, et novemdiale sacrum. Sacerdotes publici aliquot eo anno demortui sunt, novique subfecti: in locum M.' Aemilii Numidae decemviri sacrorum M. Aemilius Lepidus: in locum M.' Pomponii Mathonis pontificis C. Livius: in locum Sp. Carvilii Maximi auguris M. Servilius. T. Otacilius Crassus pontifex quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locum ejus non est facta. C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit.

XXIV. Per idem tempus M. Valerius Laevinus, tentatis prius per secreta conloquia principum animis, ad indictum ante ad id ipsum concilium Aetolorum classe expedita venit. Ubi quum Syracusas Capuamque captam, in fidem in Sicilia Italiaque rerum secundarum, ostentasset, adjecissetque, *jam inde a majoribus traditum morem Romanis colendi socios, ex quibus alios in civitatem atque aequum se-*

cum jus accepissent, alios in ea fortuna haberent, ut socii esse, quam cives, mallent. Aetolos eo in majore futuros honore, quod gentium transmarinarum in amicitiam primi venissent. Philippum eis et Macedonas graves adcolas esse; quorum se vim ac spiritus et jam fregisse, et eo redacturum esse, ut non his modo urbibus, quas per vim ademissent Aetolis, excedant, sed ipsam Macedoniam infestam habeant. Et Acarnanas, quos aegre ferrent Aetoli a corpore suo diremtos, restituturum se in antiquam formulam jurisque ac ditionis eorum. Haec, dicta promissaque ab Romano imperatore, Scopas, qui tum praetor gentis erat, et Dorymachus, princeps Aetolorum, adfirmaverunt auctoritate sua, minore cum verecundia et majore cum fide vim majestatemque populi Romani extollentes. maxime tamen spes potiundae movebat Acarnaniae. Igitur conscriptae conditiones, quibus in amicitiam societatemque populi Romani venirent: additumque, *ut, si placeret vellentque, eodem jure amicitiae Elei, Lacedaemoniique,*

eguali con seco, altri li avevano in grado tale, che essi amavan meglio d'essere alleati, che cittadini. Gli Etoli sarebbero stati tenuti in tanto maggior onore, quanto che, di tutte le nazioni d'oltre mare, primi sarebbero venuti all'amicizia dei Romani. Avean presso Filippo, e i Macedoni, vicini da temersi, la cui prepotenza ed orgoglio egli aveva e di già infranto, e ridurrebbe a tale, che dovrebbero non solo uscire dalle città, che avean tolte agli Etoli colla violenza, ma si vedrebbero inquietati nella stessa Macedonia. E gli Acarnani, che gli Etoli soffrivano di mal cuore smembrati dal lor paese, gli avrebbe rimessi sotto l'antica loro giurisdizione, e sotto il loro dominio. E queste parole e promesse del comandante Romano, Scopa, ch'era allora pretore, e Dorimaco, capo degli Etoli, le confermarono colla loro autorità, levando al cielo, con minor verecondia, e con più credibilità, la potenza e la maestà del popolo Romano; però li moveva massimamente la speranza di ricuperare l'Acarnania. Si posero dunque in iscritto le condizioni colle quali gli Etoli venissero a collegarsi coi Romani; e fu aggiunto, *che, qualora piacesse, e volessero, entrassero nella stessa alleanza*

gli Elèi, gli Spartani, Attalo, Pleurato, e Scerdiledo (Attalo era re dell'Asia, gli altri due, uno della Tracia, l'altro dell'Illirio); *che subito gli Etoli movessero guerra a Filippo per terra, che il Romano gli ajutasse con non manco di venti quinqueremi; che cominciando dall' Etolia sino a Corcira, il suolo, le case, i muri delle città co' loro territorj fossero degli Etoli; tutta l' altra preda dei Romani. E questi si adoprassero perchè gli Etoli ricuperassero l' Acarnania. Se gli Etoli facessero la pace con Filippo, aggiungessero ai patti, che la pace non sarebbe valida, se Filippo non si astenesse dal portar l' armi contro i Romani, e gli alleati, e soggetti loro. Parimenti, se il popolo Romano si collegasse col re, stipulasse, che Filippo non dovesse mover guerra agli Etoli, nè ai loro alleati.* Questi furono gli accordi, scritti due anni dopo dagli Etoli nel tempio di Olimpia, e posti dai Romani nel Campidoglio, acciocchè fossero monumenti consagrati dalla religione. Cagione del ritardo furono i legati degli Etoli ritenuti a Roma lungo tempo; nè ciò impedì punto il guerreggiare. Gli Etoli si mossero subito contro Filippo, e Levino prese e consegnò agli Etoli il Zante (questa è una pic-

et Attalus, et Pleuratus, et Scerdilaedus essent. (Asiae Attalus, hi Thracum et Illyriorum reges.) *Bellum ut extemplo Aetoli cum Philippo terra gererent. Navibus ne minus viginti quinqueremibus adjuvaret Romanus. Urbium Corcyrae tenus ab Aetolia incipienti solum tectaque, et muri cum agris, Aetolorum; alia omnis praeda populi Romani esset. Darentque operam Romani, ut Acarnaniam Aetoli haberent. Si Aetoli pacem cum Philippo facerent, foederi adscriberent, ita ratam eorum pacem, si Philippus arma ab Romanis sociisque, quique eorum ditionis essent, abstinuisset. Item, si populus Romanus foedere jungeretur regi, ut caveret, ne jus ei belli inferendi Aetolis sociisque eorum esset.* Haec convenerunt, conscriptaque biennio post Olympiae ab Aetolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumentis essent, sunt posita. Morae caussa fuerant retenti Romae diutius legati Aetolorum. Nec tamen inpedimento id rebus gerendis fuit. et Aetoli extemplo moverunt adversus Philippum bellum, et Laevinus Zacynthum (parva insula est pro-

pinqua Aetoliae : urbem unam eodem, quo ipsa est, nomine habet; eam praeter arcem vi cepit) et Oeniadas Nasumque Acarnanum captas Aetolis contribuit. Philippum quoque satis inplicatum bello finitimo ratus, ne Italiam Poenosque et pacta cum Hannibale posset respicere, Corcyram ipse se recepit.

XXV. Philippo Aetolorum defectio Pellae hibernanti adlata est. itaque, quia primo vere moturus exercitum in Graeciam erat, Illyrios finitimasque eis urbes alterno metu quietas ut Macedonia haberet, expeditionem subitam in Oricinorum atque Apolloniatium fines fecit: egressosque Apolloniatas, cum magno terrore atque pavore, compulit intra muros. Vastatis proximis Illyrici, in Pelagoniam eadem celeritate vertit iter: inde Dardanorum urbem, sitam in Macedonia, transitum Dardanis facturam, cepit. His raptim actis, memor Aetolici junctique cum eo Romani belli, per Pelagoniam, et Lyncum, Bottiaeam, in Thessaliam descendit. Ad bellum secum adversus Aetolos capessendum incitari posse homines credebat: et, relicto ad fauces Thessaliae Perseo cum

ciola Isola vicina all' Etolia, che ha una sola città dello stesso nome; la prese di viva forza, eccetto la rocca) non che Oeniade, e Naso, già degli Acarnani; e pensando, che Filippo fosse anche impacciato nella guerra coi confinanti, e non potesse badare nè all' Italia, nè ai Cartaginesi, nè agli accordi fatti con Annibale, si ritirò egli pure a Corcira.

XXV. La defezione degli Etoli fu rapportata a Filippo, mentr' egli svernava a Pella. Quindi, perchè stava per movere l' esercito in primavera contro la Grecia, acciocchè la Macedonia non avesse a temer nulla dalla parte degl' Illirj, e delle città loro confinanti, si scagliò subito su le terre degli Oricini, e degli Apolloniati; e cacciò questi, ch' erano usciti, con gran terrore e spavento dentro le loro mura. Devastati i paesi vicini all' Illirio, si volse colla stessa celerità contro la Pelagonia; indi prese Sinzia città dei Dardani che apriva loro il passo nella Macedonia; fatto ciò rapidamente, non dimentico della guerra, che avea cogli Etoli congiunti ai Romani, per la Pelagonia, il Linco, e la Bottièa discese nella Tessaglia. Credeva di poter suscitare quelle genti a pigliar seco la guerra contro gli Etoli; e lasciato alle gole della Tessaglia Perseo

con quattro mila armati a chiudere il passo agli Etoli, egli, innanzi che maggiori faccende l' occupassero, condusse l'esercito nella Macedonia, e di là nella Tracia e nella Medica. Soleva questa nazione scorrer sopra la Macedonia, tosto che vedesse il re occupato in guerra esterna, e il regno senza difesa. Cominciò dunque a Fragande a dare il guasto alle terre, e a combattere Gianforina, città capitale e fortezza della Medica. Scopa, udito che il re, passato nella Tracia, era quivi trattenuto guerreggiando, messa in arme tutta la gioventù degli Etoli, si apparecchia ad assaltare l' Acarnania. Ad affrontare il qual nembo gli Acarnani, e diseguali di forze, e che vedevano già perduti Oeniade e Naso, ed oltre ciò piombar loro addosso l' armi Romane, pure più per ira, che per sano consiglio si accingono alla difesa. Mandate nel vicino Epiro le mogli, i figliuoli, ed i vecchi oltre i sessant' anni, giurano tutti dai quindici ai sessant' anni di non tornare, se non se vincitori. Acciocchè nessuno ricevesse nè in città, nè in casa, nè alla mensa chiunque uscisse vinto dalla battaglia, composero una spaventosa esecrazione contro i popolani, un' imprecazione, quanto più poterono, tremenda contro chi gli albergasse, e in

quatuor millibus armatorum ad arcendos aditu Aetolos, ipse, priusquam majoribus occuparetur rebus, in Macedoniam, atque inde in Thraciam exercitum ac Maedos duxit. Incurrere ea gens in Macedoniam solita erat; ubi regem occupatum externo bello, ac sine praesidio esse regnum sensisset. Ad Phragandas igitur vastare agros, et urbem Jamphorinam, caput arcemque Maedicae, obpugnare coepit. Scopas, ubi profectum in Thraciam regem, occupatumque ibi bello audivit, armata omni juventute Aetolorum, bellum inferre Acarnaniae parat. Adversus quod Acarnanum gens et viribus inpar, et jam Oeniadas Nasumque amissa cernens, Romanaque insuper arma ingruere, ira magis instruit, quam consilio, bellum. Conjugibus liberisque et senioribus supra sexaginta annos in propinquam Epirum missis, ab quindecim ad sexaginta annos conjurant, nisi victores, se non redituros. Qui victus acie excessisset, eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare reciperet, diram exsecrationem in populares, obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus hospites, composuerunt.

precatique simul Epirotas sunt, ut, qui suorum in acie cecidissent, eos uno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum: HIC SITI SUNT ACARNANES, QUI, ADVERSUS VIM ATQVE INJURIAM AETOLORUM PRO PATRIA PUGNANTES, MORTEM OBCUBUERUNT Per haec incitatis animis, castra in extremis finibus suis obvia hosti posuerunt. nunciis ad Philippum missis, quanto res in discrimine esset, omittere Philippum, id quod in manibus erat, coëgerunt bellum, Jamphorina per deditionem recepta, et prospero alio successu rerum. Aetolorum inpetum tardaverat primo conjurationis fama Acarnanicae: deinde auditus Philippi adventus, regredi etiam in intimos coëgit fines. Nec Philippus, quamquam, ne obprimerentur Acarnanes, itineribus magnis ierat, ultra Dium est progressus. inde, quum audisset reditum Aetolorum ex Acarnania, et ipse Pellam rediit.

XXVI. Laevinus, veris principio a Corcyra profectus navibus, superato Leucata promontorio, quum venisset Naupactum,

pari tempo pregano gli Epiroti, che a quelli di loro, che cadessero sul campo, diano una sola sepoltura; aggiungendovi questa iscrizione: QUI GIACCIONO GLI ACARNANI, CHE COMBATTENDO PER LA PATRIA CONTRO LA VIOLENZA, E L' INGIUSTIZIA DEGLI ETOLI, INCONTRARONO LA MORTE. Avendo con questo infiammati gli animi, si accamparono sull' estremità del lor confine di rincontro a' nemici. Mandati messi a Filippo, che lo avvisassero in che pericolo essi fossero, queste notizie lo sforzarono a lasciar la guerra, che aveva tra le mani, sebbene avuta avesse di già Gianforina a patti, e riportati altri vantaggi. La nuova della cospirazione degli Acarnani avea dapprima ritardato l' impeto degli Etoli; indi quella della venuta di Filippo gli avea eziandio sforzati a ritornarsene al paese. Nè Filippo, quantunque fosse venuto a gran giornate per non lasciar opprimere gli Acarnani, si era avanzato più oltre, che Dio; poscia, udito, che gli Etoli s' erano ritirati dall' Acarnania, egli pure tornò a Pella.

XXVI. Sul principio della primavera partito Levino colla flotta da Corcira, superato il promontorio di Leucate, venuto a Naupatto, fece intendere, che di là an-

drebbe ad Anticira, acciocchè Scopa, e gli Etoli vi si trovassero in pronto. Anticira è posta nella Locride dalla parte sinistra a chi entra nel seno di Corinto; partendo da Naupatto il viaggio per terra è breve, breve per mare. Quasi tre dì dopo si cominciò a batterla d'ambi i lati. Dalla parte di mare l'assalto fu più vigoroso, e perchè c'era nelle navi ogni sorta di macchine, e di stromenti bellici, e perchè ci erano a combatterla i Romani. In pochi dì adunque avutala a patti, fu consegnata agli Etoli; la preda, giusta l'accordo, fu de' Romani. Ebbe Levino lettere, che lo avvisavano esser egli stato fatto console in assenza, e venire a succedergli Publio Sulpicio; se non che, infermatosi quivi di lunga malattia, giunse a Roma più tardi di quel che ognuno sperava. Marco Marcello, preso il consolato alla metà di Marzo, il dì medesimo radunò il senato solamente per seguir l'uso, dichiarando, *che in assenza del collega non tratterebbe nè della repubblica, nè delle provincie. Gli era noto, che parecchi Siciliani si stavano appiattati presso Roma nelle ville de' suoi detrattori, a' quali tanto è lontano, ch'egli non permetta di palesare pubblicamente in Roma le colpe o da lui commesse, o*

Anticyram inde se petiturum edixit, ut praesto ibi Scopas Aetolique essent. Sita Anticyra est in Locride laeva parte sinum Corinthiacum intrantibus. breve terra iter eo, brevis navigatio ab Naupacto est. Tertio ferme post die utrimque obpugnari coepta est. Gravior a mari obpugnatio erat; quia et tormenta machinaeque omnis generis in navibus erant, et Romani inde obpugnabant. Itaque intra paucos dies recepta urbs per deditionem Aetolis traditur, praeda ex pacto Romanis cessit. Literae Laevino redditae, consulem eum absentem declaratum, et successorem venire P. Sulpicium. ceterum, diuturno ibi morbo inplicitus, serius spe omnium Romam venit. M. Marcellus, quum Idibus Martiis consulatum inisset, senatum eo die, moris modo caussa, habuit: professus, *nihil se, absente collega, neque de republica, neque de provinciis, acturum. Scire se, frequentes Siculos prope urbem in villis obtrectatorum suorum esse. quibus, tantum abesse, ut per se non liceat palam Romae crimina edita fictaque*

ab inimicis vulgare, ut, ni simularent, aliquem sibi timorem, absente collega, dicendi de consule esse, ipse eis extemplo daturus senatum fuerit. Ubi quidem collega venisset, non passurum quidquam prius agi, quam ut Siculi in senatum introducantur. Delectum prope a M. Cornelio per totam Siciliam habitum, ut quamplurimi questum de se Romam venirent eumdem literis falsis urbem implesse, bellum in Sicilia esse, ut suam laudem minuat. Moderati animi gloriam eo die adeptus consul, senatum dimisit; ac prope justitium omnium rerum futurum videbatur, donec alter consul ad urbem venisset. Otium, ut solet, excitavit plebis rumores: *belli diuturnitate, et vastatos agros circa urbem, qua infesto agmine isset Hannibal, et exhaustam delectibus Italiam, et prope quotannis exercitus caesos* querebantur; *et consules bellicosos ambo, viros acres nimis et feroces, creatos, qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem forent passuri.*

infinte da' suoi nemici, che se non simulassero di aver tema di parlare a carico di un console in assenza del di lui collega, gl' introdurrebbe subito in senato. Come tosto sarà venuto il collega, non soffrirà, che si tratti d' altro, innanzi che i Siciliani sieno ammessi in senato. Avea Marco Cornelio fatta quasi una leva per tutta la Sicilia, onde molti e molti venissero a Roma a querelarsi di lui; e per iscemargli la lode avea piena Roma di lettere false, spargendo, che dura tuttavia la guerra in Sicilia. Il console, acquistatasi in quel dì gloria di molta moderazione, licenziò il senato; e pareva, che ci sarebbe stata vacanza da ogni altro affare sino a tanto, che l' altro console non fosse venuto a Roma. L'ozio, siccome avviene, suscitò i rumori della plebe; dolevansi, *che per la lunghezza della guerra fossero devastate le campagne per tutto nelle vicinanze di Roma, dov' era passato Annibale ostilmente; che l' Italia fosse votata d' uomini per le leve; che quasi ogni anno si udissero eserciti disfatti; e che si fossero eletti due consoli, ambedue bellicosi, ambedue caldi troppo, e feroci, i quali, non che lasciar la città respirare alquanto in tempo di guerra, la guerra suscitar potrebbero anche in mezzo a pace tranquilla.*

XXVII. Interruppe questi discorsi un incendio scoppiato in più luoghi ad un tratto la notte, che precedette la festa di Minerva. Si abbruciarono ad un tempo stesso le sette botteghe, che poi furon cinque, e quelle de' banchieri, che ora si chiaman botteghe nuove. Indi il fuoco si apprese alle fabbriche private; che allora non ci era il gran porticato; non che alle prigioni, al mercato del pesce, e all'atrio dei re. Il tempio di Vesta fu a mala pena salvato per opera massimamente di tredici schiavi, che furono ricomprati col pubblico denaro, e messi in libertà. L'incendio durò un giorno, ed una notte. Nè si dubitava, che non fosse avvenuto per frode umana, perchè il fuoco si levò ad un tratto in più luoghi e diversi. Quindi il console per decreto del senato fe bandire, che chiunque manifestasse per opera di cui fosse accaduto l'incendio, avrebbe in premio, se uomo libero, una somma di denaro, se schiavo, la libertà. Da cotal premio allettato uno schiavo de' Calavj Campani, (nomato Manno) denunziò, *che i suoi padroni, e inoltre cinque nobili giovani Capuani, i cui padri erano stati fatti decapitare da Quinto Fulvio, avean procurato quell'incendio, e che ne dovevano procurare*

XXVII. Interrupit hos sermones nocte, quae pridie Quinquatrus fuit, pluribus simul locis circa forum incendium ortum. eodem tempore septem tabernae, quae postea quinque, et argentariae, quae nunc novae adpellantur, arsere. Comprehensa postea privata aedificia: neque enim tum basilicae erant: comprehensae lautumiae, forumque piscatorium, et atrium regium. Aedes Vestae vix defensa est tredecim maxime servorum opera, qui in publicum redemti ac manumissi sunt. nocte ac die continuatum incendium fuit. Nec ulli dubium erat, humana id fraude factum esse, quod pluribus simul locis, et iis diversis, ignes coorti essent. Itaque consul ex auctoritate senatus pro concione edixit, qui, quorum opera id conflatum incendium, profiteretur, praemium fore, libero pecuniam, servo libertatem. Eo praemio inductus Campanorum Calaviorum servus (Mannus ei nomen erat) indicavit, *dominos et quinque praeterea juvenes nobiles Campanos, quorum parentes a Q. Fulvio securi percussi erant, id incendium fecisse; vul-*

goque facturos alia, ni comprehendantur. Comprehensi ipsi familiaeque eorum. et primo elevabatur index indiciumque: *pridie eum verberibus castigatum ab dominis discessisse, per iram ac levitatem ex re fortuita crimen commentum.* ceterum ut coram coarguebantur, et quaestio ex ministris facinoris foro medio haberi coepta est, fassi omnes, atque in dominos servosque conscios animadversum est. indici libertas data, et viginti millia aeris. Consuli Laevino Capuam praetereunti circumfusa multitudo Campanorum est, obsecrantium cum lacrimis, ut sibi Romam ad senatum ire liceret, oratum, si qua misericordia tandem flecti possent, ne se ad ultimum perditum irent, nomenque Campanorum a Q. Flacco deleri sinerent. Flaccus, *sibi privatam simultatem cum Campanis*, negare, *nullam esse: publicas inimicitias et hostiles esse, et futuras, quoad eo animo esse erga populum Romanum sciret. nullam enim in terris gentem esse, nullum infestiorem populum*

altri qua e colà, se non fossero presi. Furono dunque presi essi, e tutti i loro schiavi. E dapprima si volea screditare il denunziante, e la denunzia, dicendo, *che colui s' era partito il dì innanzi dai padroni, perchè l' avean fatto battere colle verghe, e che per dispetto e leggerezza avea infantata dal caso occorso quell' accusa.* Del resto, poi che furono confrontati a faccia a faccia, e che si cominciò, nel mezzo della piazza, ad applicare gli esecutori del misfatto alla tortura, tutti confessarono; quindi i padroni, e gli schiavi consapevoli furono giustiziati. Al delatore fu data la libertà, e venti mila assi. Il console Levino, passando per Capua, fu attorniato da una moltitudine di Capuani, che lo scongiuravano colle lagrime agli occhi, che permettesse loro di andare a Roma al senato, a pregarlo, se in fine lo si potesse piegare a compassione, che non volesse consumare la lor rovina, nè lasciasse, che Quinto Flacco spegnesse affatto il nome Campano. Flacco rispose, *non aver egli nimistà privata nessuna coi Campani; era nimicizia pubblica, ed ostile, e sempre la manterrebbe, sino a tanto che sapesse nodrir essi l' animo stesso verso il popolo Romano. Perciocchè non v' ha*

nazione al mondo, non popolo più avverso al nome di Roma. Li teneva egli chiusi dentro le mura, perchè se alcuno ne scampasse fuori per qualche via, andrebbero vagando, quai fere belve, per le campagne, straziando, trucidando tutto quello, in che si abbattessero. Altri eran fuggiti ad Annibale, altri andati a metter fuoco a Roma. Troverebbe il console nella piazza mezzo abbruciata i vestigj della scelleratezza de' Campani. Si mirò al tempio di Vesta, agli eterni fuochi, a quel che si cela nell' intimo santuario pegno fatale dell' impero Romano; sì che egli non reputava cosa sicura permettere a' Capuani, ch' entrassero in Roma. Levino, fatto che i Campani giurassero in man di Flacco, che sarebbero tornati a Capua cinque giorni dopo, che avessero avuta risposta dal senato, ordinò, che lo seguitassero a Roma. Accerchiato da questa moltitudine, entrò in Roma insieme coi Siciliani, e cogli Etoli, uscitigli incontro, seco menandovi coloro, che vinti in guerra venivano ad accusare riputatissimi capitani per l'eccidio di nobilissime città. Nondimeno i consoli, prima che d'altra cosa, riferirono al senato delle cose concernenti la repubblica, e del governo delle provincie.

nomini Romano. Ideo se moenibus inclusos tenere eos: quia, si qui evasissent aliqua, velut feras bestias per agros vagari, et laniare, et trucidare, quodcumque obvium detur. Alios ad Hannibalem transfugisse, alios ad Romam incendendam profectos. inventurum in semiusto foro consulem vestigia sceleris Campanorum. Vestae aedem petitam, et aeternos ignes, et conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani. Se minime censere tutum esse, Campanis potestatem intrandi Romana moenia fieri. Laevinus Campanos, jurejurando a Flacco adactos, quinto die, quam ab senatu responsum accepissent, Capuam redituros, sequi se Romam jussit. Hac circumfusus multitudine, simul Siculis obviam egressis Aetolisque Romam praeivit, clarissimarum urbium excidio celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducens. De republica tamen primum ac de provinciis ambo consules ad senatum retulere.

XXVIII. Ibi Laevinus, quo statu Macedonia et Graecia, Aetoli, Acarnanes Locrique essent, quasque ibi res ipse egisset terra marique, exposuit. *Philippum, inferrentem bellum Aetolis, in Macedoniam retro ab se compulsum, ad intima penitus regni abisse, legionemque inde deduci posse, classem satis esse ad arcendum Italia regem.* Haec de se deque provincia, cui praefuerat. Consulum de provinciis communis relatio fuit. decrevere Patres, *Ut alteri consulum Italia bellumque cum Hannibale provincia esset: alter classem, cui T. Otacilius praefuisset, Siciliamque provinciam cum L. Cincio praetore obtineret.* Exercitus eis duo decreti, qui in Etruria Galliaque essent. eae quatuor erant legiones. urbanae duae superioris anni in Etruriam; duae, quibus Sulpicius consul praefuisset, in Galliam mitterentur. Galliae et legionibus praeesset, quem consul, cujus Italia provincia esset, praefecisset. In Etruriam C. Calpurnius, post praeturam prorogato in annum imperio, missus; et

XXVIII. Quivi Levino espose in che stato era la Macedonia, la Grecia, gli Etoli, gli Acarnani, ed i Locresi; e tutto quello, ch'egli avea fatto per mare, e per terra; *Filippo, che avea mossa guerra agli Etoli da lui risospinto in dietro nella Macedonia, essersi concentrato nelle più interne parti del regno, e quindi potersi ritirare la legione, che vi era; bastar la flotta a tenere il re lontano dall' Italia.* Non altro disse di se, e della provincia, che avea governata. La proposta delle provincie al senato fu fatta al senato dai consoli in comune. I Padri decretarono, *che l' Italia, e la guerra con Annibale fosse dell'uno dei consoli; l'altro avesse la flotta, ch' era stata sotto gli ordini di Tito Otacilio, e insieme il governo della Sicilia col pretore Lucio Cincio.* Si assegnaron loro i due eserciti, ch'erano nell'Etruria, e nella Gallia, composti di quattro legioni; le due legioni urbane, levate l'anno innanzi, si mandassero nell' Etruria; e le altre due, state comandate da Sulpicio console, nella Gallia. Alla Gallia, ed a quelle legioni fosse preposto colui, che il console cui toccasse l' Italia, preponesse. Nell' Etruria fu mandato Cajo Calpurnio, prorogatogli, finita la pretura, il comando per un anno; e a Quinto Fulvio fu assegnato il

governo del Capuano, e parimenti prorogato per un anno il comando. Fu ordinato, che si diminuisse l'esercito dei cittadini, e degli alleati, sì che di due legioni se ne formasse una sola di cinque mila fanti, e trecento cavalli, licenziati quelli, che avessero militato per più anni; e degli alleati si ritennero soltanto sette mila fanti, e trecento cavalli, avuto il medesimo rispetto agli anni della milizia nel licenziare i vecchi soldati. A Gneo Fulvio, console dell'anno antecedente, non si mutò nulla, nè quanto alla provincia della Puglia, nè quanto all'esercito, che aveva avuto; solamente gli si prorogò il comando per un anno. Il di lui collega Publio Sulpicio ebbe ordine di licenziare tutto l'esercito, tranne le genti di mare. Si ordinò similmente, che come il console fosse arrivato in Sicilia, si licenziasse quell'esercito, ch'era stato comandato da Marco Cornelio. A tener la Sicilia furono assegnati al pretore Lucio Cincio i soldati dell'esercito di Canne, formanti a un dipresso due legioni. Altrettante ne furono decretate per la Sardegna al pretore Publio Manlio Vulsone, quelle stesse, che avean militato l'anno innanzi nella stessa provincia sotto Lucio Cornelio. Si commise ai consoli, che arrolas-

Q. Fulvio Capua provincia decreta, prorogatumque in annum imperium. Exercitus civium sociorumque minui jussus, ut ex duabus legionibus una legio, quinque millia peditum et trecenti equites essent; dimissis, qui plurima stipendia haberent: et sociorum septem millia peditum et trecenti equites relinquerentur, eadem ratione stipendiorum habita in veteribus militibus dimittendis. Cn. Fulvio consuli superioris anni, nec de provincia Apulia, nec de exercitu, quem habuerat, quidquam mutatum. tantum in annum prorogatum imperium est. P. Sulpicius collega ejus omnem exercitum, praeter socios navales, jussus dimittere est. Item ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius praeesset, ubi consul in provinciam venisset, dimitti jussus. L. Cincio praetori ad obtinendam Siciliam Cannenses milites dati, duarum instar legionum. Totidem legiones in Sardiniam P. Manlio Vulsoni praetori decretae, quibus L. Cornelius in eadem provincia priore anno praefuerat. Urbanas legiones ita scri-

bere consules jussi, ne quem militem facerent, qui in exercitu M. Claudii, M. Valerii, Q. Fulvii, fuissent; neve eo anno plures, quam una et viginti, Romanae legiones essent.

XXIX. His senatusconsultis perfectis, sortiti provincias consules. Sicilia et classis Marcello, Italia cum bello adversus Hannibalem Laevino evenit. Quae sors, velut iterum captis Syracusis, ita exanimavit Siculos, exspectatione sortis in consulum conspectu stantes, ut comploratio eorum flebilesque voces et extemplo oculos hominum converterent, et postmodo sermones praebuerint. Circumibant enim senatum cum veste sordida, adfirmantes, *se non modo suam quisque patriam, sed totam Siciliam, relicturos, si eo Marcellus iterum cum imperio redisset. Nullo suo merito eum ante inplacabilem in se fuisse: quid iratum, quod Romam de se questum venisse Siculos sciat, facturum? Obrui Aetnae ignibus, aut mergi freto, satius illi insulae esse, quam velut dedi*

sero le legioni urbane in guisa, che non prendessero alcun soldato di quelli, ch'erano stati nell'esercito di Marco Claudio, di Marco Valerio, e di Quinto Fulvio; e che in quell'anno le legioni Romane non oltrepassassero il numero di vent'una.

XXIX. Fatti questi decreti, i consoli si divisero a sorte le provincie. La Sicilia, e la flotta toccò a Marcello, l'Italia colla guerra contro Annibale, a Levino. Questa destinazion della sorte disanimò sì fattamente i Siciliani, che stavansi in faccia a' consoli ad attendere ciò ch'ella ordinasse, che quasi fosse presa di nuovo Siracusa, il lor compianto, e le voci lamentevoli dapprima trassero a se gli occhi di tutti, e poscia diedero motivo di discorsi. Perciocchè attorniavano il senato in veste bruna, protestando, *che lascerebbero non solamente ciascuno la patria sua, ma tutti eziandio la Sicilia, se ci tornasse nuovamente Marcello a comandare. Senza, che il meritassero, egli era stato dianzi loro implacabile nemico; che farebbe ora sdegnato, poi che sa, che son venuti a Roma i Siciliani per querelarsi di lui? meglio per quell'isola, che i fuochi d'Etnà la divorino, o che il mare l'inghiotta, piuttosto ch'essere consegnata, quasi a car-*

nefice, al suo nemico. Queste querele dei Siciliani, portate prima d'intorno per le case dei nobili, poscia ripetute nei discorsi, cui suscitava in parte la compassione verso i Siciliani, in parte l'invidia contro Marcello, pervennero eziandio al senato. Fu chiesto ai consoli, che consultassero il senato su lo scambiar le provincie. Marcello disse, *che se i Siciliani avessero di già avuto udienza dal senato, sarebbe egli forse d'altro parere; adesso, acciocchè nessuno possa dire, che il timore li ritiene dal querelarsi liberamente di colui, sotto il poter del quale stan per cadere, esser egli pronto, se nulla importa al collega, a scambiar la provincia. Ben pregava il senato, che non anticipasse il suo giudizio. Perciocchè, se sarebbe stata ingiusta cosa il concedere al suo collega, fuor della sorte, la scelta della provincia, quanto non sarebbe maggiore ingiuria, anzi oltraggio, la sorte, ch'era toccata a lui, trasferirla nel collega?* Così il senato, avendo indicato piuttosto, che decretato ciò, che più gli piaceva, è licenziato. Si fa tra i consoli lo scambio delle provincie, la forza del destino tirando Marcello verso Annibale, acciocchè, siccome, nella fortuna avversa della guerra, primo

noxae inimico. Hae Siculorum querelae, domos primum nobilium circumlatae, celebrataeque sermonibus, quos partim misericordia Siculorum, partim invidia Marcelli excitabat, in senatum etiam pervenerunt. Postulatum a consulibus est, ut de permutandis provinciis senatum consulerent. Marcellus, *si jam auditi ab senatu Siculi essent, aliam forsitan futuram fuisse sententiam suam,* dicere. *nunc, ne quis timore frenari eos dicere posset, quo minus de eo libere querantur, in cujus potestate mox futuri sint, si collegae nihil intersit, mutare se provinciam paratum esse. deprecari senatus praejudicium; nam, quum extra sortem collegae optionem dari provinciae iniquum fuerit, quanto majorem injuriam, immo contumeliam esse, sortem suam ad eum transferri?* Ita senatus, quum, quid placeret, magis ostendisset, quam decresset, dimittitur. inter ipsos consules permutatio provinciarum, rapiente fato Marcellum ad Hannibalem, facta est: ut, ex quo primus adversae pugnae gloriam ce-

perat, in ejus laudem postremus Romanorum imperatorum, prosperis tum maxime bellicis rebus, caderet.

XXX. Permutatis provinciis, Siculi, in senatum introducti, multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum Romanum verba fecerunt, in gratiam publicam avertentes, *Hieronymum ac postea Hippocraten et Epicyden tyrannos, quum ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Hannibalem, invisos fuisse sibi. ob eam caussam et Hieronymum a principibus juventutis prope publico consilio interfectum: et in Epicydis Hippocratisque caedem septuaginta nobilissimorum juvenum conjurationem factam; quos, Marcelli mora destitutos, quia ad praedictum tempus exercitum ad Syracusas non admovisset, indicio facto, omnes ab tyrannis interfectos. Eam quoque Hippocratis atque Epicydis tyrannidem Marcellum excitasse, Leontinis crudeliter direptis. Numquam deinde principes Syracusanorum desisse ad Marcellum transire, pollicerique, se urbem, quum vellet, ei tra-*

egli si aveva acquistata gloria vincendolo, così nel mezzo delle belliche prosperità, ultimo de' comandanti Romani a di lui lode cadesse.

XXX. Scambiate le provincie, i Siciliani, introdotti in senato, molte parole fecero della non mai cangiata fede del re Jerone verso il popolo Romano, derivandone il merito a tutta la Sicilia; *che Jeronimo, e di poi Ippocrate ed Epicide tiranni eran loro venuti in odio sì per altre cose, sì perchè dai Romani s' eran voltati ad Annibale, fu per questo, che Jeronimo fu ammazzato, quasi per pubblico consiglio, dai primarj capi della gioventù, e che alla morte di Epicide e di Ippocrate congiurarono settanta giovani nobilissimi, i quali abbandonati per l' indugiar di Marcello, che non aveva al tempo convenuto accostato l' esercito a Siracusa, scoperti, furon tutti messi a morte dai tiranni. Quella stessa tirannia d' Ippocrate, e di Epicide, suscitolla Marcello coll' avere barbaramente saccheggiati i Leontini. Non avean poscia cessato i principali Siracusani di venire a Marcello, e promettergli, quando gli piacesse, di dargli in mano la città. Ma egli volle anzi prenderla*

di forza. Indi, poi che, tentata ogni via per mare e per terra, non gli potette riuscire, avea preferito, piuttosto che aver Siracusa dalle mani dei principali cittadini, che gliela avevano offerta spontaneamente, di averla da Sosìde fabro, è da Merico Spagnuolo, onde farsi così una più speciosa ragione di trucidare, e spogliare gli antichissimi alleati del popolo Romano. Se non Jeronimo, ma il popolo ed il senato Siracusano si fosser dati ad Annibale; se i Siracusani avessero pubblicamente chiuse le porte a Marcello, e non i loro tiranni, ed oppressori, Ippocrate, ed Epicide; se avessero fatta la guerra al popolo Romano coll' accanimento dei Cartaginesi, che avrebbe potuto fare Marcello più ostilmente di quel che fece, fuorchè smantellar del tutto Siracusa? Certo, eccetto le mura, e le case votate, e i templi degli dei rotti è spogliati, rapiti gli dei stessi, ed i loro ornamenti, null' altro era rimasto in Siracusa. A molti si son tolti eziandio i beni, sì che nemmen potessero se alimentare, ed i suoi sul nudo suolo, avanzo di lor distrutta fortuna. Pregavano quindi i Padri coscritti, che se tutto non possono, faces-

dituros. sed eum primo vi capere maluisse. dein, quum id neque terra, neque mari, omnia expertus, potuisset, auctores traditarum Syracusarum fabrum aerarium Sosim, et Mericum Hispanum, quam principes Syracusanorum habere, toties id nequidquam ultro obferentes, praeoptasse: quo scilicet justiore de caussa vetustissimos socios populi Romani trucidaret, ac diriperet. Si non Hieronymus ad Hannibalem defecisset, sed populus Syracusanus et senatus, si portas Marcello Syracusani publice, et non, obpressis Syracusanis, tyranni eorum Hippocrates et Epicydes, clausissent, si Karthaginiensium animis bellum cum populo Romano gessissent; quid ultra, quam quod fecerit, nisi ut deleret Syracusas, facere hostiliter Marcellum potuisse? Certe praeter moenia et tecta exhausta urbis, et refracta ac spoliata Deûm delubra, Diis ipsis ornamentisque eorum ablatis, nihil relictum Syracusis esse. Bona quoque multis ademta, ita ut ne nudo quidem solo, reliquiis direptae fortunae, alere sese ac suos possent. Orare se Patres con-

scriptos, ut, si nequeant omnia, saltem, quae compareant cognoscique possint, restitui dominis jubeant. Talia conquestos quum excedere ex templo, ut de postulatis eorum Patres consuli possent, Laevinus jussisset, *Maneant immo,* inquit Marcellus, *ut coram his respondeam, quando ea conditione pro vobis, Patres conscripti, bella gerimus, ut victos armis accusatores habeamus. Duae captae hoc anno urbes Capua Fulvium reum, Marcellum Syracusae habeant.*

XXXI. Reductis in curiam legatis, tum consul, *Non adeo majestatis,* inquit, *populi Romani imperiique hujus oblitus sum, Patres conscripti, ut, si de meo crimine ambigeretur, consul dicturus caussam, accusantibus Graecis, fuerim. sed non, quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quam quid isti pati debuerint. qui si non fuerunt hostes, nihil interest, nunc, an vivo Hierone, Syracusas violaverim. Sin autem desciverunt, legatos nostros ferro atque armis petierunt, urbem ac moenia clauserunt, exercituque Karthaginiensium adversus nos tu-*

sero almeno restituir loro quello, che si trovasse, e si potesse riconoscere. Fatte cotali doglianze, avendo Levino ordinato, che i Siracusani uscissero dalla sala, onde si potesse consultare i Padri sopra le loro domande, *anzi restino*, disse Marcello, *sì che io risponda in loro presenza, poi che a tal patto facciam la guerra per voi, o Padri coscritti, che coloro, che abbiamo vinti coll'armi, sieno i nostri accusatori; e due città prese in quest' anno si levino contro di noi, Capua contro Fulvio, Siracusa contro Marcello.*

XXXI. Tornati gli ambasciatori in senato, allora il console, *non sono*, disse, *o Padri coscritti, dimentico a tal modo della maestà del popolo Romano, e di questa mia dignità, che se si dubitasse di mia condotta, avessi console, e console accusato da Greci, a difendere la mia causa. Ma non si tratta di esaminare quello, che ho fatto, bensì piuttosto ciò che meritavan costoro di soffrire; i quali, se non ci furono nemici, non fa differenza, ch' io abbia mal concia Siracusa adesso, o pure vivente Jerone. Se poi si ribellarono, se si fecero addosso ai nostri legati coll' armi e col ferro, se ci han chiusa la città e le mura, e col-*

l' esercito dei Cartaginesi le han difese contro di noi, chi vorrà sdegnarsi, che abbian sofferto tratti ostili, quando essi stessi n' hanno commesso? Ho rigettato i capi dei Siracusani, che mi volean consegnare la città; ho preferito Soside e Merico Spagnuolo, a questi soli prestando fede. Non siete certo gli ultimi tra i Siracusani, poi che rinfacciate agli altri la lor bassezza. Ora chi è di voi che m' abbia promesso di aprirmi le porte, di ricevere i miei soldati armati in città? Avete odiato, ed esecrate tuttora quelli, che ciò fecero; e non vi astenete nemmen quivi di caricarli d' ingiurie; tanto è lontano, che avreste fatto lo stesso. La bassezza medesima di coloro ell' è, Padri coscritti, grandissimo argomento, che non ho rigettato alcuno, che avesse voluto prestare l' opera sua a pro della repubblica. E innanzi di assediare Siracusa, ho tentata la pace, ora col mandare ambasciatori, ora portandomi in persona a conferire. Ma poi che non si avea rossore di violare gli ambasciatori, nè andato io stesso ad abboccarmi alle porte coi principali della città, non mi si dava risposta, corsi mille pericoli per mare e per terra, hó finalmente colla forza, e coll' armi presa Siracusa. Di ciò

tati sunt; quis passos esse hostilia, quum fecerint, indignatur? Tradentes urbem principes Syracusanorum aversatus sum: Sosim et Mericum Hispanum; quibus tantum crederem, potiores habui. Non estis extremi Syracusanorum, quippe qui aliis humilitatem objiciatis. Quis est vestrûm, qui se mihi portas aperturum, qui armatos milites meos in urbem accepturum promiserit? Odistis et exsecramini eos, qui fecerunt, et ne hic quidem contumeliis in eos dicendis parcitis: tantum abest, ut et ipsi tale quidquam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum, Patres conscripti, quam isti objiciunt, maximo argumento est, me neminem, qui navatam operam reipublicae nostrae velit, aversatum esse. Et, antequam obsiderem Syracusas, nunc legatis mittendis, nunc ad conloquium eundo, tentavi pacem: et, postquam neque legatos violandi verecundia erat, nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus responsum dabatur, multis terra marique exhaustis laboribus, tandem vi atque armis Syracusas cepi. Quae captis

acciderint, apud Hannibalem et Karthaginienses victosque justius, quam apud victoris populi senatum, quererentur. Ego, Patres conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, numquam spoliis earum urbem Romam exornarem. Quae autem singulis victor aut ademi, aut dedi; quum belli jure, tum ex cujusque merito, satis scio me fecisse. Ea vos rata habeatis, Patres conscripti, nae magis reipublicae interest, quam mea. Mea quippe fides exsoluta est: ad rempublicam pertinet, ne acta mea rescindendo, alios in posterum segniores duces faciatis. Et quoniam coram et Siculorum et mea verba audistis, Patres conscripti, simul templo excedemus, ut, me absente, liberius consuli senatus possit. Ita dimissis Siculis, et ipse in Capitolium ad delectum discessit.

XXXII. Consul alter de postulatis Siculorum ad Patres retulit. Ibi quum diu de sententiis certatum esset, et magna pars senatus, principe ejus sententiae T. Manlio Torquato, *cum tyrannis bellum gerendum*

che accadde di poi, han più diritto di dolersene con Annibale, e coi Cartaginesi, che col senato di un popolo vincitore. Se avessi voluto negare, o Padri coscritti, che ho spogliata Siracusa, non avrei di quelle spoglie adornata Roma. Quanto poi a quello, che vincitore ho tolto o dato in particolare ad altrui, ho la coscienza di averlo fatto e per diritto di guerra, e secondo i meriti di ciascuno; e che ciò abbiate ad avere, o Padri coscritti, per fermo e rato, ciò certo più importa alla repubblica, che a me. Perciocchè ho fatto io il mio dovere; interessa la repubblica, che voi, rescindendo gli atti miei, non facciate in avvenire più rispettivi gli altri comandanti. E poi che avete udito in faccia, o Padri coscritti, le mie parole, e quelle dei Siciliani, usciremo insieme dalla sala, acciocchè, in assenza mia, consultar si possa più liberamente il senato. Così licenziati i Siciliani, andò egli in Campidoglio alla leva dei soldati.

XXXII. L' altro console propose al senato le domande dei Siciliani. Quivi essendo insorto lungo conflitto di opinioni, gran parte del senato, dietro il parere di Tito Manlio Torquato, opinava, *che si avrebbe dovuto far la guerra ai tiranni,*

veri nemici dei Siciliani, e del popolo Romano, non prendere colla forza, ma ricuperare Siracusa, e ricuperata ristabilirla nell' antiche sue leggi, e libertà, e non ispossata, com' era, da miseranda servitù affliggerla inoltre colla guerra. Tra codesto lottare dei tiranni, e del comandante Romano, posta nel mezzo, quasi premio del vincitore, la bellissima e nobilissima città, granajo un tempo, ed erario del popolo Romano, venne a perire; città, dalla cui munificenza, e da' cui doni in più tempi, e ultimamente in questa stessa punica guerra, era stata la repubblica soccorsa. Se dal soggiorno de' morti a noi tornasse Jerone, del Romano impero cultore fedelissimo, con qual fronte gli si potrebbe mostrare o Siracusa, o Roma? il quale, poi che avesse veduta la sua città mezzo distrutta e spogliata, vedrebbe, entrando in Roma, sul primo suo limitare, e quasi in su la porta infisse le spoglie della sua patria? Tali e simili cose dicendosi a carico del console, e per compassione de' Siciliani, i Padri però, per rispetto di Marcello, fecero un decreto più moderato: *doversi tenere per fermo e rato tutto quello, ch' egli avesse fatto nel corso della guerra, e dappoi vincitore; nel resto, avrebbe*

fuisse, censerent, *hostibus et Syracusanorum et populi Romani: et urbem recipi, non capi: et receptam legibus antiquis et libertate stabiliri, non fessam miseranda servitute bello adfligi. Inter tyrannorum et ducis Romani certamina, praemium victoris in medio positam urbem pulcherrimam ac nobilissimam periisse, horreum atque aerarium quondam populi Romani: cujus munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso Punico bello, adjuta ornataque respublica esset. Si ab inferis exsistat rex Hiero, fidissimus imperii Romani cultor, quo ore aut Syracusas, aut Romam ei ostendi posse? quum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexisset, ingrediens Romam in vestibulo urbis, prope in porta, spolia patriae suae visurus sit?* Haec taliaque quum ad invidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur, mitius tamen decreverunt Patres caussa Marcelli: *Quae is gerens bellum victorque egisset, rata habenda esse. in reliquum curae senatui fore rem Syra-*

cusanam, mandaturosque consuli Laevino, quod sine jactura reipublicae fieri posset, fortunis ejus civitatis consuleret. Missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem, uti rediret in curiam, et introductis Siculis, senatusconsultum recitatum est: legatique, benigne adpellati ac dimissi, ad genua se Marcelli consulis projecerunt, obsecrantes, *ut, quae deplorandae ac lavandae calamitatis caussa dixissent, veniam eis daret, et in fidem clientelamque se urbemque Syracusas acciperet.* post haec consul clementer adpellatos dimisit.

XXXIII. Campanis deinde senatus datus est, quorum oratio miserabilior, caussa durior erat. neque enim meritas poenas negare poterant, nec tyranni erant, in quos culpam conferrent: sed satis pensum poenarum, tot veneno absumtis, tot securi percussis senatoribus, credebant. *Paucos nobilium superstites esse, quos nec sua conscientia, ut quidquam de se gravius consulerent, inpulerit, nec victoris ira capitis damnaverit; eos*

il senato a cuore le cose di Siracusa, e commetterebbe al console Levino che, quanto far si potesse senza danno della repubblica, provedesse al ben essere di quella città. Mandati due senatori al console in Campidoglio, acciocchè tornasse alla curia, ed introdotti i Siciliani, si recitò il decreto del senato, e gli oratori, intrattenuti benignamente, e licenziati, si gettarono a' piedi di Marcello, scongiurandolo, *che perdonasse loro le cose, che avean dette per procacciar compassione, e sollievo alla loro calamità; e volesse riceverli essi, e la città di Siracusa nella sua protezione, e clientela.* Dopo ciò, il console, accoltili con clemenza, li licenziò.

XXXIII. Indi fu data udienza dal senato ai Campani, il cui discorso fu assai più commovente, la causa alquanto più difficile. Perciocchè non potean negare di aversi meritato un castigo, nè ci erano tiranni su cui riversare la colpa; ma si stimavano abbastanza puniti, essendo morti tanti senatori di veleno, tanti sotto la scure; *pochi nobili avanzare, cui nè la coscienza spinse ad aggravar la mano sopra di se, nè lo sdegno del vincitore privò di vita; pregar essi, ch' eran pur cittadini Romani, la più parte congiunti*

per antiche parentele, o per recenti cognazioni, che si renda loro, ed a' suoi la libertà, e insieme qualche parte de' loro beni. Indi, fatti uscire dalla sala, si dubitò alcun poco, se si dovesse richiamare Quinto Fulvio da Capua (che il console Claudio era morto dopo la presa della città) acciocchè si disputasse in presenza del comandante, che avea fatto l'impresa, come già s'era disputato tra Marcello, e i Siciliani; poi vedendo in senato Marco Atilio, e Cajo Fulvio, fratello di Flacco, di lui legati, non che Quinto Minucio, e Lucio Veturio Filone, e così pure i legati di Claudio, ch'erano stati presenti a tutte le cose, nè volendo, che Fulvio fosse richiamato da Capua, nè che si differisse di rispondere ai Campani, chiesto del parere Marco Atilio Regolo, che di quelli, ch' erano stati a Capua, avea credito maggiore, *presa Capua*, disse, *mi sovviene d'essere intervenuto al consiglio coi consoli, quando si ricercò, quale de' Campani avesse ben meritato della patria nostra; e non essersi trovate, che due donne, Vestia Oppia Atellana, abitante in Capua, e Faucula Cluvia, in addietro femina di partito; quella aver fatti ogni dì sa-*

libertatem sibi suisque, et bonorum aliquam partem orare, cives Romanos, adfinitatibus plerosque et propinquis jam cognationibus ex connubio vetusto junctos. Submotis deinde e templo, paullisper dubitatum, an arcessendus a Capua Q. Fulvius esset. (mortuus enim post captam Claudius consul erat) ut coram imperatore, qui res gessisset, sicut inter Marcellum Siculosque disceptatum fuerat, disceptaretur: dein, quum M. Atilium, C. Fulvium fratrem Flacci, legatos ejus, ac Q. Minucium et L. Veturium Philonem, item Claudii legatos, qui omnibus gerendis rebus adfuerant, in senatu viderent, nec Fulvium avocari a Capua, nec differri Campanos vellent; interrogatus sententiam M. Atilius Regulus, cujus ex iis, qui ad Capuam fuerant, maxima auctoritas erat; *In consilio*, inquit, *arbitror me fuisse consulibus, Capua capta, quum quaereretur, ecquis Campanorum de republica nostra bene meritus esset; duas mulieres compertum est, Vestiam Oppiam Atellanam Capuae habitantem, et Fauculam Cluviam, quae quondam quaestum corpore fecisset; illam quoti-*

die sacrificasse pro salute et victoria populi Romani; hanc captivis egentibus alimenta clam suppeditasse. Ceterorum omnium Campanorum eumdem erga nos animum, quem Karthaginiensium, fuisse: securique percussos a Q. Fulvio esse magis, quorum dignitas inter alios, quam quorum culpa eminebat. Per senatum agi de Campanis, qui cives Romani sunt, injussu populi non video posse. idque et apud majores nostros in Satricanis factum est, quum defecisseut, ut M. Antistius tribunus plebis prius rogationem ferret, sciretque plebs, uti senatui de Satricanis sententiae dicendae jus esset. Itaque censeo, cum tribunis plebis agendum esse, ut eorum unus pluresve rogationem ferant ad plebem, qua nobis statuendi de Campanis jus fiat. L. Atilius tribunus plebis ex auctoritate senatus plebem in haec verba rogavit: *Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui se dediderunt in arbitrium ditionemque populi Romani Fulvio proconsuli, quaeque una secum dediderunt, agrum*

grifizj per la salute, e la vittoria del popolo Romano; questa aver porti di nascosto alimenti ai prigionieri bisognosi; di tutti gli altri Campani essere stato l' animo simile a quello dei Cartaginesi; ed aver Fulvio fatti percuoter di scure quelli, che avanzavano gli altri per dignità, piuttosto che per colpa. Non vedo, che il senato possa deliberare dei Campani, che son cittadini di Roma, senza che il popolo ne lo autorizzi; il che trovo essersi fatto dai nostri maggiori nel caso dei Satricani, che si erano ribellati, avendo prima il tribuno della plebe Marco Antistio proposto alla medesima, e questa approvato, che potesse il senato dare il suo giudizio nell' affare dei Satricani. Sono dunque di avviso, che si debba trattare coi tribuni della plebe, acciocchè uno, o più d' essi propongano alla plebe una legge, per cui ci sia data facoltà di statuire sul fatto de' Campani. Il tribuno Lucio Atilio, di volontà del senato, portò alla plebe la seguente proposizione: *tutti i Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, che si dierono in potere ed arbitrio del popolo Romano nelle mani del console Fulvio, e che dierono con seco il contado, la città,*

le cose tutte umane e divine, le masserizie, e se altro dierono, vi domando, o Quiriti, quello che vi piace ne sia fatto. La plebe così ordinò: *quello, che parrà al senato, raccolto, giurato, e colla pluralità di voti, quello vogliamo, e comandiamo.*

XXXIV. In forza di questo plebiscito il senato consultato *restituì primieramente i beni, e la libertà ad Oppia, ed a Cluvia: se alcun altro premio chieder volessero al senato, venissero a Roma.* Altri decreti furon fatti per ciascuna famiglia Capuana in particolare, cui non è pregio dell' opera noverare; *di alcuni doversi confiscare i beni, e vendere essi, i loro figli, e le mogli, eccetto le figliuole, che si fossero maritate, innanzi che venissero in potere del popolo Romano. Altri fossero imprigionati, e di questi sarebbe deliberato dappoi.* Quanto ad altri distinsero anche la somma del censo, onde stabilire, se si avessero a confiscare i beni, o no; decretarono, *che i bestiami presi, eccetto i cavalli, e gli schiavi, eccetto i maschi giunti a pubertà, e tutto quello, che non fosse compreso nel fondo, si avesse a restituire ai padroni; ordinarono, che tutti i Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, eccetto quelli, i quali*

urbemque, divina, humanaque, utensiliaque, sive quid aliud dediderunt; de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites. Plebes sic jussit. *Quod senatus juratus, maxima pars, censeat, qui adsidetis, id volumus jubemusque.*

XXXIV. Ex hoc plebeiscito senatus consultus, *Oppiae Cluviaeque primum bona ac libertatem restituit. si qua alia praemia petere ab senatu vellent, venire eas Romam.* Campanis in familias singulas decreta facta, quae non operae pretium est omnia enumerare. *Aliorum bona publicanda: ipsos liberosque eorum et conjuges vendendas, extra filias, quae enupsissent prius, quam in populi Romani potestatem venirent. Alios in vincula condendos, ac de his posterius consulendum.* Aliorum Campanorum summam etiam census distinxerunt, publicanda necne bona essent; *pecua captiva, praeter equos, et mancipia, praeter puberes virilis sexus, et omnia, quae solo non continerentur, restituenda,* censuerunt, *dominis. Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra*

quam, qui eorum, aut ipsi aut parentes eorum, apud hostes essent, liberos esse, jusserunt, *ita ut nemo eorum civis Romanus, aut Latini nominis esset: neve quis eorum, qui Capuae fuissent, dum portae clausae essent, in urbe agrove Campano intra certam diem maneret. Locus, ubi habitarent, trans Tiberim, qui non contingeret Tiberim, daretur. qui nec Capuae, nec in urbe Campana, quae a populo Romano defecisset, per bellum fuissent, eos cis Lirim amnem Romam versus; qui ad Romanos transissent prius, quam Hannibal Capuam veniret, cis Vulturnum emovendos,* censuerunt. *ne quis eorum propius mare quindecim millibus passuum agrum aedificiumve haberet. Qui eorum trans Tiberim emoti essent, ne ipsi posterive eorum uspiam pararent haberentve, nisi in Vejente, aut Sutrino, Nepesinove agro: dum ne cui major, quam quinquaginta jugerum, agri modus esset. Senatorum omnium, quippe magistratus Capuae, Atellae, Calatiae gessissent, bona venire Capuae,* jusserunt. *libera corpora, quae venumdari placuerat,*

essi, o i loro padri si trovassero presso i nemici, fossero liberi, a condizione però, che nessun di loro fosse cittadino Romano, o del nome Latino; e che nessun di quelli, che fossero rimasti in Capua, nel tempo, in cui furon chiuse le porte ai Romani, rimanga in Capua, o nel contado Capuano dopo un dato giorno; si assegnasse loro un luogo, dove abitassero, di là dal Tevere, che però non lo toccasse; quelli, che durante la guerra non erano stati nè in Capua, nè in altra città della Campania, che si fosse ribellata dai Romani, stessero di qua del fiume Liri verso Roma; e quelli, che si eran dati ai Romani, innanzi che Annibale venisse a Capua, si mettessero di qua del fiume Vulturno; ma che nessuno di tutti questi avesse case, o poderi a meno di quindici miglia dal mare. Quelli che fossero trasportati di là dal Tevere, nè essi, nè i loro posteri acquistassero, o possedessero, fuorchè nel territorio Vejentano, o Sutrino, o Nepesino, purchè nessuno avesse più di cinquanta giugeri. Comandarono, *che i beni di tutti i senatori, e di tutti quelli, che aveano esercitati magistrati in Capua, in Atella, in Calazia, fossero venduti in Capua. Gli uomini di condizione libe-*

ra, che si avessero a vendere, fossero mandati a Roma, e quivi venduti. Le imagini, le statue di bronzo, che si dicessero prese a' nemici, secondo che fossero sacre, o profane, si rimettessero al collegio de' Pontefici. Per questi decreti si rimandarono i Capuani a casa alquanto più dolenti, che non erano venuti a Roma; nè più accusavano la sevizie di Quinto Fulvio verso di loro, ma sì l'ingiustizia degli dei, e la spietata loro fortuna.

XXXV. Licenziati i Siciliani, e i Capuani, si fe la leva; indi, arrolato l'esercito, si cominciò a pensare al supplemento dei remiganti. Al che fare non vi essendo bastante copia d'uomini, nè si trovando in quel tempo danaro nella pubblica cassa, onde acquistarli, e stipendiarli, i consoli ordinarono, che i privati, secondo la classe e il censo di ciascheduno, somministrassero, come altre volte, i remiganti con paga e vittuaria per trenta giorni. Al pubblicarsi di questo editto tanto fu il fremito, tanta l'indignazion della gente, che mancò piuttosto il capo alla sommossa, che la materia. *Dopo la ruina dei Siciliani, e dei Campani essersi assunto i consoli di perdere e straziare la plebe Romana; esausti per tant' anni dai tributi non altro rimaner loro, che la-*

Romam mitti, ac Romae venire. Signa, statuas aeneas, quae capta de hostibus dicerentur, quae eorum sacra ac profana essent, ad pontificum collegium rejecerunt. Ob haec decreta moestiores aliquanto, quam Romam venerant, Campanos dimiserunt. nec jam Q. Fulvii saevitiam in sese, sed iniquitatem Deûm atque exsecrabilem fortunam suam incusabant.

XXXV. Dimissis Siculis Campanisque, delectus habitus. scripto deinde exercitu, de remigum supplemento agi coeptum. in quam rem quum neque hominum satis, nec, ex qua pararentur, stipendiumque acciperent, pecuniae quidquam ea tempestate in publico esset, edixerunt consules, ut privati ex censu ordinibusque, sicut antea, remiges darent cum stipendio cibariisque dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit, ut magis dux, quam materia, seditioni deesset. *Secundum Siculos Campanosque plebem Romanam perdendam lacerandamque sibi consules sumsisse. per*

tot annos tributo exhaustos nil reliqui, praeter terram nudam ac vastam, habere. Tecta hostes incendisse, servos agri cultores rempublicam abduxisse, nunc ad militiam parvo aere emendo, nunc remiges imperando. Si quid cui argenti aerisve fuerit, stipendio remigum et tributis annuis ablatum. Se, ut dent, quod non habeant, nulla vi, nullo imperio cogi posse. Bona sua venderent: in corpora, quae reliqua essent, saevirent. Ne unde redimantur quidem, quidquam superesse. Haec non in occulto, sed propalam in foro atque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant: nec eos sedare consules, nunc castigando, nunc consolando, poterant. Spatium deinde his tridui se dare ad cogitandum dixerunt: quo ipsi ad rem inspiciendam expediendamque usi sunt. Senatum postero die habuerunt de remigum supplemento: ubi quum multa disseruissent, cur aequa plebis recusatio esset, verterunt orationem eo, ut dicerent, *Privatis id, seu aequum, seu iniquum, onus injungendum esse. Nam unde, quum pecunia in aerario non*

terra nuda e deserta. Aver i nemici bruciate le case, aver la repubblica levati i servi, che lavoravano i campi, ora comperandoli a poco prezzo per la milizia, ora ordinando leva di remiganti. Se alcuno aveva qualche po' di moneta, o di argento, sparì anche questo nelle paghe dei remiganti, e nelle annue imposte. Non v' ha però forza, non comando, che li possa costringere a dare ciò, che non hanno. Vendessero pure i loro beni; incrudelissero contro la persona, che sola resta; non avanza loro nè anche di che riscattarsi. Così fremendo parlava, nè già occultamente, ma pubblicamente, in sulla piazza, e sugli occhi stessi de' consoli, immensa turba di popolo raccoltosi all' intorno; nè potevano i consoli nè coi rimprocci nè coi conforti acquetarli. Dissero in fine, che davan loro lo spazio di tre giorni a pensare; spazio, di cui si valsero essi pure per esaminare, e disbrogliare la cosa. Raccolsero il senato il dì seguente per trattarvi del supplemento dei remiganti; dove, avendo molto disputato sulla giustizia del rifiuto della plebe, vennero finalmente a conchiudere; *che questo aggravio, fosse giusto o nò, era pur forza imporlo ai privati; perciocchè non essen-*

dovi danaro nel tesoro, donde si poteva procacciarsi gente di mare? come poi senza flotta ritener la Sicilia, o allontanar Filippo dall' Italia, o difenderne le coste?

XXXVI. In così grande imbarazzo non si sapendo a che partito appigliarsi, ed essendo le menti degli uomini quasi colpite da torpore, allora il console Levino: *siccome i magistrati il senato, ed il senato avanza il popolo, così debbon essi essere i primi ad incontrare ogni più grave ed aspro peso. Se vuoi alcuna cosa imporre agli inferiori, gli troverai più facilmente obbedienti, se innanzi ne avrai dato carico a te stesso, ed a' tuoi. Nè par loro grave la spesa, quando scorgono i principali cittadini prendersene più gran parte, che non lor tocca. Vogliamo pertanto, che il popolo Romano abbia flotte, che le allestisca? che i privati non ricusino di dar le ciurme? Imponiamo prima noi stessi. Domani noi senatori portiamo al tesoro tutto l' oro, l' argento, la moneta di rame che abbiamo, sì che ognuno ritenga solamente un anello per se, per la moglie, e pe' figli, e la berchia pel figliuolo; e chi ha moglie e figliuole, non altro, che un' oncia d' oro per ciascuna; e chi ebbe ma-*

esset, paraturos navales socios? Quomodo autem sine classibus aut Siciliam obtineri, aut Italia Philippum arceri posse, aut tuta Italiae litora esse?

XXXVI. Quum in hac difficultate rerum consilium haereret, ac prope torpor quidam occupasset hominum mentes, tum Laevinus consul, *Magistratus senatui, et senatum populo, sicut honore praestent, ita ad omnia, quae dura atque aspera essent, subeunda duces debere esse. Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse juris statueris, facilius omnes obedientes habeas. nec impensa gravis est, quum ex ea plus quam pro virili parte sibi quemque capere principum vident. Itaque classes habere atque ornare volumus populum Romanum? privatos sine recusatione remiges dare? nobismet ipsis primum imperemus. Aurum, argentum, aes signatum omne senatores crastino die in publicum conferamus: ita ut annulos sibi quisque, et conjugi, et liberis, et filio bullam, et, quibus uxor filiaeve sunt, singulas uncias pondo auri relinquant; argenti, qui curuli*

sella sederunt, equi ornamenta et libras pondo, ut salinum patellamque Deorum caussa habere possint. ceteri senatores libram argenti tantum, aeris signati quina millia in singulos patres familiae relinquamus. Ceterum omne aurum, argentum, aes signatum, ad triumviros mensarios extemplo deferamus, nullo ante senatusconsulto facto: ut voluntaria conlatio et certamen adjuvandae reipublicae excitet ad aemulandum animos primum equestris ordinis, dein reliquae plebis. hanc unam viam, multa inter nos conlocuti, consules invenimus. Ingredimini, Diis bene juvantibus. Respublica incolumis et privatas res facile salvas praestat. publica prodendo, tua nequidquam serves. In haec tanto animo consensum est, ut gratiae ultro consulibus agerentur. senatu inde misso, pro se quisque aurum, argentum et aes in publicum conferunt, tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina sua vellent in publicis tabulis esse; ut nec triumviri accipiundo, nec scribae referundo subficerent. Hunc consensum senatus equester ordo est secutus: equestris or-

gistrati curuli, i fornimenti d' argento del cavallo, e due libbre d' argento per la saliera, e la coppa al servigio degli dei; gli altri senatori si ritengano soltanto una libbra d'argento; e ogni padre di famiglia cinque mila assi in moneta di rame. Tutto l'altro oro, argento, rame coniato, portiamolo subitamente ai triunviri della zecca, senza che ne sia fatto decreto del senato; acciocchè la volontaria collazione, e la gara di soccorrere la repubblica svegli l' emulazione prima nell' ordine de' cavalieri, poscia nel resto della plebe. Dopo di aver molto conferito insieme, non troviamo noi consoli altra via. Prendetela dunque col buon favore degli dei; la cosa pubblica salvata salva anche le private; abbandonando le pubbliche ti lusinghi invano di salvar le tue. In che però fu il consentimento sì grande, che se ne fecero ai consoli spontanei ringraziamenti. Indi, licenziato il senato, ognuno porta alla cassa pubblica l' oro, l' argento, e il rame monetato, tanta essendo la gara insorta, che tutti volevano scritto primo il loro nome ne' pubblici libri; sì che nè bastavano i triunviri a ricevere, nè gli scrivani a registrare. Questo consentimento del senato fu seguitato dall' ordine equestre, quello dell' or-

dine equestre dalla plebe. Così senza editto, senza forza usata dai magistrati, non mancò alla repubblica nè supplemento di remiganti, nè soldo per gli stipendj; e fatti tutti gli apparecchj per la guerra, andarono i consoli alle lor provincie.

XXXVII. Nè fuvvi altro tempo di guerra mai, nel quale i Cartaginesi ed i Romani egualmente, pel vario avvicendare dei casi, sieno stati più sospesi tra la speranza, ed il timore. Perciocchè quanto ai Romani, e nelle provincie, quinci i disastrosi avvenimenti nella Spagna, quinci i felici nella Sicilia, aveano mescolato insieme il lutto ad un tempo, e l'allegrezza; e nell'Italia la perdita di Taranto arrecò danno e dolore, e la rocca col suo presidio conservata porse insperata letizia; e il subito terrore, e la paura, che s'era avuta per l'assedio, e la oppugnazione di Roma, pochi dì dopo per la presa di Capua, voltossi in gioja. Anche le cose d'oltre mare furono da una specie di alternativa bilanciate. Filippo s'era dichiarato nemico in tempo tutt'altro, che opportuno; s'erano aggiunti nuovi alleati gli Etoli, ed Attalo, re dell'Asia, quasi la fortuna sin d'allora promettesse ai Romani l'impero dell'Oriente. Anche i Cartaginesi si pareggiavano colla perdita di

dinis, plebes. ita sine edicto, sine coërcitione magistratus, nec remige in supplementum, nec stipendio respublica eguit; paratisque omnibus ad bellum, consules in provincias profecti sunt.

XXXVII. Neque aliud magis tempus belli fuit, quo Karthaginienses Romanique pariter variis casibus inmixtis magis in ancipiti spe ac metu fuerint. Nam Romanis et in provinciis, hinc in Hispania adversae res, hinc prosperae in Sicilia, luctum et laetitiam miscuerant: et in Italia, quum Tarentum amissum damno et dolori, tum arx cum praesidio retenta praeter spem gaudio fuit: et terrorem subitum pavoremque urbis Romae obsessae et obpugnatae Capua post dies paucos capta in laetitiam vertit. Transmarinae quoque res quadam vice pensatae. Philippus hostis tempore haud satis opportuno factus; Aetoli novi adsciti socii, Attalusque Asiae rex, jam velut despondente fortuna Romanis imperium orientis. Karthaginienses quoque Capuam amissam et Tarentum captum aequabant: et, ut ad

moenia urbis Romanae nullo prohibente se pervenisse in gloria ponebant, ita pigebat irriti incepti; pudebatque adeo se spretos, ut, sedentibus ipsis ad Romana moenia, alia porta exercitus Romanus in Hispaniam duceretur. Ipsae quoque Hispaniae, quo propius spem venerant, tantis duobus ducibus exercitibusque caesis, debellatum ibi, ac pulsos inde Romanos esse; eo plus, ab L. Marcio tumultuario duce ad vanum et irritum victoriam redactam esse, indignationis praebebant. Ita aequanto fortuna, suspensa omnia utrimque erant, integra spe, integro metu, velut illo tempore primum bellum inciperent.

XXXVIII. Hannibalem ante omnia angebat, quod Capua, pertinacius obpugnata ab Romanis, quam defensa ab se, multorum Italiae populorum animos averterat: quos neque omnes tenere praesidiis, nisi vellet in multas parvasque partes carpere exercitum, quod minime tum expediebat, poterat: nec, deductis praesidiis, spei liberam vel obno-

Capua, e colla presa di Taranto; e come si recavano a gloria d'esser venuti senza contrasto sino sotto le mura di Roma, così dolevansi del mal riuscito tentativo; e si vergognavano d'essere stati sì altamente dispregiati, che mentre si stavan essi ad una porta di Roma, da un'altra uscisse un esercito alla volta di Spagna. Le Spagne istesse, quanto più s'erano isperanzite, che tagliati a pezzi due sì valenti capitani, ed eserciti, la guerra fosse finita, e fossero cacciati fuora i Romani, tanto più si cruciavano, che un capitano tumultuario, qual si era Lucio Marcio, avesse resa vana ed irrita la vittoria. Così, la fortuna bilanciando gli avvenimenti, tutto era in sospeso dall'una parte e dall'altra, come se appunto allora si cominciasse la guerra.

XXXVIII. Ciò che più ch'altro, travagliava Annibale grandemente, si era, che Capua più ostinatamente combattuta dai Romani, che difesa da lui, gli aveva alienati gli animi di molti popoli d'Italia; i quali nè potea tutti contenere coi presidj, se non voleva sminuzzare l'esercito in molti piccioli brani, il che non gli conveniva fare in questo tempo; nè, fuor traendone i presidj, lasciar libera alla speranza, o

esposta al timore la fede degli alleati. L'animo di lui dedito sfrenatamente all'avarizia ed alla crudeltà, lo fe piegare al partito di spogliare que' luoghi, che non poteva difendere, onde lasciarli al nemico devastati. Questa determinazione fu brutta non meno nel suo concepimento, che infelice nell'esito; perciocchè si alienavano gli animi non solamente di quelli, che soffrivano l'indegno trattamento, ma eziandio degli altri; che l'esempio andava a colpire assai più gente, che non la stessa calamità. Nè il console Romano mancava di tentare or questa, or quella città tutte le volte, che se gli offriva alcuna speranza. Erano principali cittadini di Salapia Dasio, e Blattio; Dasio era amico di Annibale; Blattio, quanto più il poteva senza pericolo, favoreggiava i Romani; e con segreti messaggi avea porto speranza a Marcello di dargli la terra; ma non si potea venirne a fine senza l'ajuto di Dasio. Blattio, poi ch'ebbe molto e lungamente indugiato, finalmente, ed anche allora più per inopia di miglior consiglio, che per isperanza di buon successo, se ne aperse con Dasio. Ma questi e avverso alla cosa, e nemico dell'emolo di sua potenza, svelò il tutto ad Annibale. Mentre Annibale, chiamati a se l'uno e l'altro, stavasi in tribunale spicciando

xiam timori sociorum relinquere fidem. Praeceps in avaritiam et crudelitatem animus ad spolianda, quae tueri nequibat, ut vastata hosti relinquerentur, inclinavit. Id foedum consilium, quum incepto, tum etiam exitu fuit. neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi, sed ceterorum etiam. quippe ad plures exemplum, quam calamitas, pertinebat. Nec consul Romanus tentandis urbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, deerat. Salapiae principes erant Dasius et Blattius: Dasius Hannibali amicus; Blattius, quantum ex tuto poterat, rem Romanam fovebat, et per occultos nuncios spem proditionis fecerat Marcello; sed sine adjutore Dasio res transigi non poterat. Multum ac diu cunctatus, et tum quoque magis inopia consilii potioris, quam spe effectus, Dasium adpellabat. at ille, quum ab re aversus, tum aemulo potentatus inimicus, rem Hannibali aperit. Arcessito utroque, Hannibal quum pro tribunali quaedam ageret, mox de Blattio cogniturus, starentque

submoto populo accusator et reus: Blattius de proditione Dasium adpellabat. *Enimvero*, ille, velut in manifesta re, exclamat, *sub oculis Hannibalis secum de proditione agi.* Hannibali atque eis, qui aderant, quo audacior res erat, minus similis veri visa est. *aemulationem profecto atque odium esse: et id crimen adferri, quod, quia testem habere non posset, liberius fingenti sit.* Ita inde dimissi sunt. nec Blattius ante abstitit tamen tam audaci incepto, quam idem obtundendo, docendoque, quam ea res ipsis patriaeque salutaris esset, pervicit, ut praesidium Punicum (quingenti autem Numidae erant) Salapiaque traderetur Marcello. Nec sine caede multa tradi potuit. longe fortissimi equitum toto Punico exercitu erant. Itaque, quamquam inprovisa res fuit, nec usus equorum in urbe erat, tamen, armis inter tumultum captis, et eruptionem tentaverunt, et, quum evadere nequirent, pugnantes ad ultimum obcubuerunt. nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium

alcune cose, per poi tosto intrattenersi di Blattio, e trovandosi intanto l' accusatore ed il reo appartati alquanto dal popolo, Blattio sollecitava Dasio a ribellarsi. Questi, come se la cosa fosse già manifesta, si fa a gridare, *che gli si propone di ribellarsi sin sotto gli occhi dello stesso Annibale.* La cosa quant' era più ardita, tanto sembrò meno verisimile ad Annibale, e a quelli ch' eran presenti; *esser questo ad evidenza non altro che un tratto di gelosia, e di odio; e l'accusa, che si dava, tanto era più facile ad infingersi, quanto che non si potea provare con testimonj.* Quindi furono licenziati. Nè Blattio ristette mai dall' ardita impresa insino a che, battendo sempre lo stesso punto, e mostrando quanto sarebbe la cosa ad essi stessi salutare ed alla patria, ottenne che Dasio consentisse di dare a Marcello Salapia col presidio Cartaginese (erano cinquecento Numidi). Nè si pote dare senza molta strage. Ci era la più valente cavalleria di tutto l' esercito Cartaginese. Quindi, sebbene la cosa fosse improvvisa, nè potessero far uso de' cavalli in città, nondimeno, prese l'armi in sul primo tumulto, tentarono di lanciarsi fuori, nè riuscendo loro di scampare, in fine perirono combattendo; e non più di

cinquanta caddero vivi in potere dei nemici; e la perdita di questa banda di cavalli recò più danno ad Annibale, che la perdità di Salapia; nè il Cartaginese mai dappoi fu superiore di cavalleria, nella quale era stato dianzi assai gagliardo.

XXXIX. Verso quel tempo medesimo, non potendo più quasi la rocca Tarentina reggere alla carestia, non altra speranza aveva il presidio Romano, che vi era, e Marco Livio prefetto del presidio stesso, e della rocca, che nelle vettovaglie mandate dalla Sicilia; e perchè passassero sicuramente lungo la costa d'Italia, stavasi armata in Reggio una flotta di circa venti navi. Presiedeva alla flotta ed alle vettovaglie Decio Quinzio, di oscuro lignaggio, del resto chiaro in guerra per molti fatti valorosi. Ebbo dapprima cinque navi da Marcello, delle quali le due maggiori eran triremi; poscia, essendosi diportato più volte con gran coraggio, se gli aggiunsero tre quinqueremi; egli poi altre esigendone dagli alleati, da quei di Reggio, e di Velia, e di Pesto, debite pei trattati, si avea formata, come s'è detto, una flotta di venti navi. A questa flotta, partitasi da Reggio, si fe incontro con egual numero di navi Tarentine Democrate a Sacriporto, alla

vivi venerunt. plusque aliquanto damni haec ala equitum amissa Hannibali, quam Salapia, fuit: nec deinde umquam Poenus (quo longe plurimum valuerat) equitatu superior fuit.

XXXIX. Per idem tempus, quum in arce Tarentina vix inopia tolerabilis esset, spem omnem praesidium, quod ibi erat, Romanum praefectusque praesidii atque arcis M. Livius in commeatibus ab Sicilia missis habebant. qui ut tuto praetervehérentur oram Italiae, classis viginti ferme navium Rhegii stabat. Praeerat classi commeatibusque D. Quinctius, obscuro genere ortus, ceterum multis fortibus factis gloria militari iulustris. Primo quinque naves, quarum maximae duae triremes a Marcello ei traditae erant, habuit: postea rem inpigre saepe gerenti tres additae quinqueremes: postremo ipse a sociis, Rheginisque, et a Velia, et a Paesto, debitas ex foedere exigendo, classem viginti navium, sicut ante dictum est, effecit. Huic ab Rhegio profectae classi Democrates, cum

pari classe navium Tarentinarum numero, quindecim millia ferme ab urbe ad Sacriportum obvius fuit. Velis tum forte, inprovidus futuri certaminis, Romanus veniebat. sed circa Crotonem Sybarimque suppleverat remigio naves, instructamque et armatam egregie pro magnitudine navium classem habebat: et tum forte sub idem fere tempus et venti vis omnis cecidit, et hostes in conspectu fuere, ut ad componenda armamenta, expediendumque remigem ac militem ad inminens certamen satis temporis esset. Raro alias tantis animis justae concurrerunt classes: quippe quum in majoris discrimen rei, quam ipsae erant, pugnarent. Tarentini, ut, recuperata urbe ab Romanis post centesimum prope annum, arcem etiam liberarent; spe commeatus quoque hostibus, si navali proelio possessionem maris ademissent, interclusuros: Romani, ut, retenat possessione arcis, ostenderent, non vi aut virtute, sed proditione ac furto, Tarentum amissum. Itaque ex utraque parte signo dato quum rostris concurrissent, neque retro na-

distanza quasi di quindici miglia dalla città. Il Romano allora veniva a vele, non s'imaginando di dover combattere; ma nelle vicinanze di Crotona e di Sibari avea rinforzate le navi di remiganti; e rispetto alla grandezza di queste, si trovava avere una flotta egregiamente provveduta ed armata; ed allora quasi al medesimo istante mancò interamente il vento, ed il nemico fu a vista; sì che s'ebbe tempo bastante a disporre tutto l'armamento, e a preparare i remiganti ed i soldati all'imminente battaglia. Di rado altre volte due giuste flotte si affrontarono con tanto ardore; perciocchè combattevano per maggior cosa, che non eran esse medesime; i Tarentini, ricuperata dopo un secolo dai Romani la lor città, per liberarne eziandio la rocca, sperando anche, se gli potean torre con battaglia navale, la possessione del mare, d'intercludere al nemico ogni speranza di vettovaglie; i Romani per mostrare, mantenendosi nella rocca, che avean perduto Taranto non per altrui forza o valore, ma per tradimento e per furto. Quindi, al dato segnale, corsi d'ambe le parti ad urtarsi colle prore, nessun legno ritraendosi indietro, nè soffrendo, che il nemico si discostasse, aggrappando la

nave, in che si abbattevano, cogli uncini di ferro, combattevano sì da vicino, che non solo adopravano i giavellotti, ma pur anche le spade, quasi da corpo a corpo. Le prore stavano strettamente appiccate le une alle altre, e le poppe erano aggirate dai remi delle altre navi; e queste eran così serrate insieme, che quasi nessun dardo cadeva a voto in mare; a fronte s'incalzavano come in battaglia pedestre, e i combattenti passavano da nave a nave. Fu però osservabile tra l'altre la pugna di due navi, che prime della fila s'erano azzuffate insieme. Era nella nave Romana lo stesso Quinzio, nella Tarentina Nicone, cognominato Percone, oltre che qual pubblico nemico, odioso anche personalmente ai Romani, perchè era della fazione, che avea dato Taranto ad Annibale per tradimento. Costui coll'asta passò da parte a parte Quinzio, che senza guardarsi combatteva e incoraggiava i suoi; e questi tombolò con tutte l'armi davanti alla prora. Mentre il Tarentino vincitore, saltato coraggiosamente nella nave Romana, sbigottita per la perdita del comandante, avea rimossi i nemici, e già impadronitisi i Tarentini della prora, i Romani affastellati mal ne difendevano la poppa, ecco improvvisa

vem inhiberent, nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta manu; ita conserebant ex propinquo pugnam, ut non missilibus tantum, sed gladiis etiam prope collato pede geretur res. Prorae inter se junctae haerebant, puppes alieno remigio circumagebantur. ita in arto stipatae erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercideret. frontibus velut pedestris acies urguebant, perviaeque naves pugnantibus erant. Insignis tamen inter ceteras pugna fuit duarum, quae primae agminis concurrerant inter se. In Romana nave ipse Quinctius erat, in Tarentina Nico, cui Perconi fuit cognomen, non publico modo, sed privato etiam odio invisus atque infestus Romanis: quod ejus factionis erat, quae Tarentum Hannibali prodiderat. Hic Quinctium, simul pugnantem hortantemque suos, incautum hasta transfigit. ille atque praeceps cum armis procidit ante proram. victor Tarentinus, in turbatam duce amisso navem inpigre transgressus, quum submovisset hostes, et prora jam Tarentinorum esset, puppim

male conglobati tuerentur Romani; repente et alia a puppi triremis hostium adparuit. Ita in medio circumventa Romana navis capitur. hinc ceteris terror injectus, ut praetoriam navem captam videre: fugientesque passim, aliae in alto mersae, aliae in terram remis abreptae, mox praedae fuere Thurinis Metapontinisque. ex onerariis, quae cum commeatu sequebantur, perpaucae in potestatem hostium venere: aliae, ad incertos ventos hinc atque illinc obliqua transferentes vela, in altum evectae sunt. Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta. nam ad quatuor millia hominum frumentatum egressa, quum in agris passim vagarentur; Livius, qui arci praesidioque Romano praerat, intentus in omnes occasiones gerendae rei, C. Persium, inpigrum virum, cum duobus millibus armatorum ex arce emisit. qui, vage effusos per agros palatosque adortus, quum diu passim cecidisset, paucos ex multis, trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus, in urbem compulit, ne urbs eodem inpetu caperetur. Ita aequatae res ad Tarentum; Ro-

apparire alla poppa stessa altra trireme nemica. Così la nave Romana, tolta in mezzo, vien presa. Quindi tutte l'altre, vista presa la Capitana, furon colte da terrore, e fuggendo alla sfilata qua, e colà, altre furono sommerse in mare, altri a forza di remi sospinte in terra, rimasero poi preda dei Turini, e dei Metapontini. De' navigli da carico, che venivan dietro colle vettovaglie, pochissimi vennero in potere dei nemici; gli altre, qua e là girando obliquamente, secondo il vario spirar dei venti, furono trasportati in alto mare. Non andò a Taranto la cosa con eguale fortuna. Perciocchè, essendo usciti da quattro mila uomini a foraggiare, mentre divagavano qua e là pe' campi, Livio, prefetto della rocca e del presidio Romano, intento a cogliere tutte le occasioni propizie, mandò fuori Cajo Persio, uomo risoluto, con due mila armati; il quale piombando addosso a coloro, disordinati e vagamente sparsi per la campagna, poi che n'ebbe lungamente fatto macello, gli altri pochi, di molti ch'erano, li rispinse fuggenti dentro la città per le porte, ch'erano mezzo aperte, onde in quell'impeto medesimo la città stessa non fosse presa. Così le cose a Taranto restavan pari, vincendo i Ro-

mani per terra, i Tarentini per mare. La speranza del frumento, che aveano avuto dinanzi agli occhi, falli egualmente e gli uni, e gli altri.

XL. E così pure in quel tempo, passata già gran parte dell' anno, il console Levino, venuto essendo in Sicilia aspettato dai vecchi e dai nuovi alleati, ebbe a principale e prima cura l'assestare le cose di Siracusa pe' nuovi avvenimenti ancora incomposte. Di là condusse le legioni ad Agrigento, ch' era tenuto dai Cartaginesi con valido presidio, sola parte di guerra, che restava; e la fortuna arrise all' impresa. Annone era il comandante dei Cartaginesi, ma tutta la loro speranza era posta in Mutine, e nei Numidi. Costui, scorrendo tutta la Sicilia, menava prede dalle terre degli alleati Romani; nè si potea per forza, o per ingegno escluderlo da Agrigento, nè impedirgli, che ne uscisse fuori, quando il volesse. Questa sua gloria, perchè nuoceva alla fama del supremo comandante, in fine si convertì in invidia; sì che Annone non si allegrava nè anche de' buoni successi per rispetto di chi n' era l' autore; per lo che in ultimo diede la prefettura dei Numidi al proprio figlio, onde col comando torgli anche il credito presso di loro; il che

manis victoribus terra, Tarentinis mari. frumenti spes, quae in oculis fuerat, utrosque frustrata pariter.

XL. Per idem tempus Laevinus consul, jam magna parte anni circumacta, in Siciliam, veteribus novisque sociis exspectatus, quum venisset, primum ac potissimum omnium ratus, Syracusis nova pace inconditas componere res. Agrigentum inde (quod belli reliquum erat, tenebaturque a Karthaginiensium valido praesidio) duxit legiones. et adfuit fortuna incepto. Hanno erat imperator Karthaginiensium, sed omnem in Mutine Numidisque spem repositam habebant. Per totam Siciliam vagus praedas agebat ex sociis Romanorum: neque intercludi ab Agrigento vi aut arte ulla, nec, quin erumperet, ubi vellet, prohiberi poterat. Haec ejus gloria, quia jam imperatoris quoque famae obficiebat, postremo in invidiam vertit; ut ne bene gestae quidem res jam Hannoni propter auctorem satis laetae essent. propter quae postremo praefecturam ejus filio suo dedit, ratus, cum imperio auctoritatem quoque ei

inter Numidas erepturum. quod longe aliter evenit. Nam veterem favorem ejus sua insuper invidia auxit. neque ille indignitatem injuriae tulit, confestimque ad Laevinum occultos nuncios misit de tradendo Agrigento. Per quos ut est facta fides, compositusque rei gerendae modus, portam ad mare ferentem Numidae quum occupassent, pulsis inde custodibus, aut caesis, Romanos ad id ipsum missos in urbem acceperunt. Et quum agmine jam in media urbis ac forum magno tumultu iretur, ratus Hanno non aliud, quam tumultum ac secessionem (id quod et ante acciderat) Numidarum esse, ad comprimendam seditionem processit. atque ille, quum ei multitudo major, quam Numidarum, procul visa, et clamor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset, prius, quam ad ictum teli veniret, capessit fugam. per aversam portam emissus, adsumto comite Epicyde, cum paucis ad mare pervenit: nactique opportune parvum navigium, relicta hostibus Sicilia, de qua per tot annos certatum erat, in Africam trajecerunt. alia multitudo Poe-

accadde assai diversamente; perciocchè coll' odio suo non fe, che accrescere a Mutine l' antico favore. Nè sopportò egli l' indegnità dell' affronto, e tosto mandò segreti messi a Levino a trattare di dargli Agrigento. Come s' ebbe la fede da questi; e si convenne del modo di condur la cosa, avendo i Numidi occupata la porta, che mette al mare, scacciandone, e trucidandone le guardie, introdussero in città i Romani, ch' erano stati mandati a quest' oggetto; e già inoltrandosi essi in ordinata schiera nel mezzo della città e nella piazza con gran tumulto, stimando Annone, che altro non fosse che un ammutinamento, una sommossa dei Numidi (com' era accaduto altre volte), si fe innanzi per comprimere la sedizione; ma come vidde da lontano, ch' erano assai più gente, che i Numidi, e gli venne all' orecchio il grido Romano da lui ben conosciuto, innanzi di giungere a tiro d' arco, prende la fuga; uscito per la porta opposta, toltosi a compagno Epicide, giunse al mare con pochi; e trovato opportunamente picciolo naviglio, abbandonata ai nemici la Sicilia, per la quale s' era combattuto tant' anni, passarono in Africa; l' altra moltitudine dei Cartaginesi, e dei Sicilia-

ni, senza nè anche combattere, datisi ciecamente a fuggire, ed essendo chiusi gli egressi, fu tagliata a pezzi in sulle porte. Levino, ricuperata la fortezza, fe battere colle verghe e percuotere di scure i principali di Agrigento; vendè gli altri, e la preda, e mandò a Roma tutto il denaro, che ne trasse. Divolgatasi per la Sicilia la fama della strage degli Agrigentini, tutto subitamente piegò a favore dei Romani. Si ebbero in breve tempo venti castelli per tradimento; sei ne furon presi colla forza: e quaranta volontariamente si son dati. Il console poi ch' ebbe distribuiti e premj ai capi di queste città e pene, secondo il merito di ciascuno, e costretti i Siciliani, finalmente posate l'armi, a rivolgersi alla coltivazion delle terre, acciocchè l'isola non solamente fruttasse alimenti agli abitanti, ma somministrasse, occorrendo, grani a Roma ed all' Italia (il che avea fatto sovente in varj tempi) dall' Agatirna trasportò seco in Italia un ammazzo di gente d' ogni sorte; erano da quattro mila uomini, sozza mescolanza di banditi, di falliti, la maggior parte rei di colpe capitali; e che mentre eran vissuti nelle loro città, e sotto le leggi, e così dappoi che una comune fortuna gli avea dopo varj casi

norum Siculorumque, ne tentato quidem certamine, quum caeci in fugam ruerent, clausique exitus essent, circa portas caesa. Oppido recepto Laevinus, qui capita rerum Agrigenti erant, virgis caesos securi percussit: ceteros praedamque vendidit. omnem pecuniam Romam misit. Fama Agrigentinorum cladis Siciliam quum pervasisset, omnia repente ad Romanos inclinaverunt. Prodita brevi sunt viginti oppida: sex vi capta: voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. quarum civitatium principibus quum pro cujusque merito consul pretia poenasque exsolvisset, coëgisset-que Siculos, positis tandem armis, ad agrum colendum animos convertere, ut esset non incolarum modo alimentis frugifera insula, sed urbis Romae atque Italiae (id quod multis saepe tempestatibus fecerat) annonam levaret; ab Agathyrna inconditam multitudinem secum in Italiam transvexit. quatuor millia hominum erant, mixti ex omni conluvione exsules, obaerati, capitalia ausi plerique; et quum in civitatibus suis ac sub legibus vixerant, et postquam eos ex variis caussis fortuna similis

conglobaverat Agathyrnam, per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam. hos neque relinquere Laevinus in insula, tum primum nova pace coalescente, velut materiam novandis rebus, satis tutum ratus est: et Rheginis usui futuri erant ad populandum Bruttium agrum, adsuetam latrociniis quaerentibus manum. Et, quod ad Siciliam adtinet, eo anno debellatum est.

XLI. In Hispania principio veris P. Scipio, navibus deductis, evocatisque edicto Tarraconem sociorum auxiliis, classem onerariasque ostium inde Iberi fluminis petere jubet. Eodem legiones ex hibernis convenire quum jussisset: ipse cum quinque millibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum est. Quo quum venisset, adloquendos maxime veteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus, concione advocata, ita disseruit: *Nemo ante me novus imperator militibus suis prius, quam opera eorum usus esset, gratias agere jure ac merito potuit. Me vobis prius, quam provinciam aut castra viderem, obligavit fortuna: primum, quod ea pietate erga patrem patruumque meum vivos mortuosque*

agglomerati in Agatirna, avean sempre vissuto di ladronecci e di rapina. Non istimò Levino, che fosse cosa secura lasciar costoro, quasi fomite di novità, in un' isola, che cominciava allora per la fresca pace ad assodarsi; oltrecchè sarebbero stati utili ai Reggiani, che cercavan gente avvezza ai ladronecci per saccheggiar le terre dei Bruzzj. E quanto alla Sicilia, ebbe in quell' anno fine la guerra.

XLI. In Ispagna, sul principio di primavera, Publio Scipione, tratte fuori le navi, e chiamati a Tarracona con editto gli ajuti degli alleati, ordina, che la flotta e i legni da carico vadano all' imboccatura del fiume Ibero. Avendo comandato, che le legioni, uscendo da' quartieri d' inverno, colà pure si radunassero, egli partì da Tarracona con cinque mila alleati alla volta dell' esercito. Dove essendo arrivato, giudicando, che fosse bene far parole specialmente ai vecchi soldati, ch' erano avanzati da tante stragi, chiamato parlamento, così arringò: *Nessuno nuovo comandante avanti me potè giustamente, e meritamente render grazie a' suoi soldati, innanzi che avesse fatta prova dell' opera loro. Hammi la fortuna obbligato a voi, innanzi che vedessi la provincia, e il campo; primieramente*

perchè foste affezionati tanto a mio padre e zio, vivi e morti; poi perchè questa provincia con tanta strage perduta, voi col valor vostro la riconquistaste intera al popolo Romano, e a me, che a quelli succedo. Ma poscia che per la bontà degli dei pensiamo e miriamo, non a rimanere noi nella Spagna, ma sì a fare che i Cartaginesi non ci stieno, e non a fermarsi sulle sponde dell' Ibero, a vietare il passo a' nemici, ma sì a varcarlo noi stessi, e portar oltre la guerra, temo, che questa impresa non sembri a talun di voi grande ed ardita più, che non comporta la memoria de' recenti nostri disastri, o l' età mia. Nessuno manco di me potè cancellare dall' animo le sconfitte nostre nella Spagna, di me, il cui padre e zio nello spazio di trenta giorni, accumulandosi l' un sopra l' altro i mortorj nella nostra famiglia, perirono. Ma se, rimasto quasi l' unico di tutti i miei, la domestica solitudine mi abbatte l' animo, d' altra parte la fortuna e virtù pubblica non mi lasciano disperare della somma delle cose. È questa la sorte nostra, per non so quale destino, che in tutte le guerre d' importanza, vinti avessimo a riuscire vincitori. Lascio le antiche, Porsena, i Galli, i Sanniti; cominc erò

faistis: deinde, quod amissam tanta clade provinciae possessionem, integram, et populo Romano et successori mihi, virtute vestra obtinuistis. Sed quum jam benignitate Deûm id paremus atque agamus, non ut ipsi maneamus in Hispania, sed ne Poeni maneant, nec ut pro ripa Iberi stantes arceamus transitu hostes, sed ut ultro transeamus, transferamusque bellum; vereor, ne cui vestrum majus id audaciusque consilium, quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum, aut pro aetate mea, videatur. Adversae pugnae in Hispania nullius in animo, quam meo, minus obliterari possunt. Quippe cui pater et patruus intra triginta dierum spatium, ut aliud super aliud cumularetur familiae nostrae funus, interfecti sunt. Sed ut familiaris pene orbitas ac solitudo frangit animum; ita publica quum fortuna tum virtus desperare de summa rerum prohibet. Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus. Vetera omitto, Porsenam, Gallos, Samnites: a Punicis bellis

incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amissi sunt? Jam quid hoc bello memorem? Omnibus aut ipse adfui cladibus: aut, quibus afui, maxime unus omnium eas sensi. Trebia, Trasimenus, Cannae, quid aliud sunt, quam monumenta occisorum exercituum consulumque Romanorum? Adde defectionem Italiae, Siciliae majoris partis, Sardiniae. Adde ultimum terrorem ac pavorem, castra Punica inter Anienem et moenia Romana posita, et visum prope in portis victorem Hannibalem. In hac ruina rerum stetit una integra atque inmobilis virtus popoli Romani. Haec omnia strata humi erexit ac sustulit. Vos omnium primi, milites, post Cannensem cladem vadenti Hasdrubali ad Alpes Italiamque, qui si se cum fratre conjunxisset, nullum jam nomen esset populi Romani, ductu auspicioque patris mei obstitistis. et hae secundae res illas adversas sustinuerunt. Nunc, benignitate Deûm, omnia secunda, prospera, in dies laetiora ac meliora in

dalle guerre Cartaginesi. Quante flotte non si son perdute, quanti capitani, quanti eserciti nella prima guerra? E che dirò di questa? O mi son trovato presente a tutte codeste rotte, o quelle, dove non intervenni, m' hanno, più vivamente ch' altri, percosso. Trebbia, Trasimeno, e Canne, che altro sono, se non se monumenti di eserciti, e consoli Romani trucidati? Aggiungete la defezion dell' Italia, della maggior parte della Sicilia, della Sardegna. Aggiungete l' ultimo terrore e spavento, il campo Cartaginese piantato tra l' Aniene, e le mura di Roma, e il visto quasi alle porte Annibale vincitore. In mezzo a così immensa rovina sola stette intera ed immobile la virtù del popolo Romano; questa rilevò, e rinfrancò quanto giaceva prostrato al suolo. Voi primi, o soldati, dopo la strage di Canne, sotto la condotta e gli auspizj di mio padre, faceste fronte ad Asdrubale, che veniva all' Alpi ed in Italia; il quale se si fosse congiunto col fratello, già sarebbe spento il nome Romano; e questi prosperi successi ci dieron forza di reggere a codeste altre calamità. Ora per la clemenza degli dei tutto ci riesce a bene, prosperamente, tutto va ogni dì più lietamente ed alla

meglio nella Sicilia e nell' Italia. In Sicilia si è ripresa Siracusa ed Agrigento, si son cacciati dall' Isola tutti i nemici, e la provincia è tornata in dominio del popolo Romano. In Italia si è riavuto Arpi, si è presa Capua. Annibale, misurando tutta la via con fuga precipitosa, onde scostarsi da Roma, respinto nell' angolo estremo del paese de' Bruzj, non altro chiede tanto agli dei, quanto che gli si dia di trarsi salvo, ed uscire dal territorio nemico. Che altra cosa dunque si converrebbe meno, o soldati, quanto che l' aver voi, quando accumulavansi le rotte l' una sull' altra, e quasi gli stessi dei stavano alla parte di Annibale, sostenuta quivi insieme co' padri miei (e mi sia lecito pareggiarli a voi per onore del nome) la vacillante fortuna del popolo Romano, ed ora, che le cose tutte son quì prospere e liete, perdervi d' animo? Anche le sciagure, testè accadute, fossero pur passate non tanto senza il mio, quanto senza il vostro danno! Ora però gli dei immortali, proteggitori del Romano impero, i quali ispirarono a tutte le centurie, che mi si desse il comando, essi stessi e cogli augurj, e cogli auspizj, ed anche colle notturne visioni ci promettono eventi lieti,

Italia Siciliaque geruntur. In Sicilia Syracusae, Agrigentum captum, pulsi tota insula hostes, receptaque provincia in ditione populi Romani est. In Italia Arpi recepti, Capua capta. Iter omne ab urbe Roma trepida fuga emensus Hannibal, in extremum angulum agri Bruttii compulsus, nihil jam majus precatur Deos, quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. Quid igitur minus conveniat, milites, quam, quum aliae super alias clades cumularentur, ac Dii prope ipsi cum Hannibale starent, vos hic cum parentibus meis (aequentur enim etiam honore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani; nunc eosdem, quia illic omnia secunda laetaque sunt, animis deficere? Nuper quoque quae acciderunt, utinam tam sine meo luctu, quam vestro, transissent! Nunc Dii inmortales imperii Romani praesides, qui centuriis omnibus, ut mihi imperium juberent dari, fuere auctores, iidem auguriis auspiciisque, et per nocturnos etiam visus omnia laeta ac

prospera portendunt. Animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus vates, praesagit, nostram Hispaniam esse: brevi extorre hinc omne Punicum nomen, maria terrasque foeda fuga impleturum. Quod mens sua sponte divinat, idem subjicit ratio haud fallax. Vexati ab iis socii nostram fidem per legatos inplorant. tres duces discrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam exercitum in diversissimas regiones distraxere. Eadem in illos ingruit fortuna, quae nuper nos adflixit nam et deseruntur ab sociis, ut prius ab Celtiberis nos: et diduxerunt exercitus; quae patri patruoque meo caussa exitii fuit. Nec discordia intestina coïre eos in unum sinet, neque singuli nobis resistere poterunt. Vos modo, milites, favete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut adcisis recrescenti stirpibus. Agite, milites veteres, novum exercitum novumque ducem traducite Iberum, traducite in terras cum multis fortibus factis saepe a vobis peragratas. Brevi faciam, ut,

e felici. Lo stesso animo mio, che fino a questo dì non mi fu mai fallace indovino, mi presagisce, che la Spagna sarà nostra, e che tra breve tutto l' oste Cartaginese quindi scacciato empierà i mari, e le terre del grido e vitupero della sua fuga. Ciò, che la mente da se sola indovina, lo stesso detta la non fallace ragione. Gli alleati Cartaginesi, malmenati da loro, mandano legati ad implorare il nostro ajuto; tre capitanì discordanti, quasi si fossero ribellati gli uni dagli altri, hanno spartito l' esercito in tre parti in diversissimi paesi. Piomba loro addosso quella stessa mala fortuna, che ci ha testè travagliato; perciocchè sonó abbandonati dagli alleati, come fummo noi dai Celtiberi, ed han diviso gli eserciti, il che fu cagione a mio padre e zio della rovina. Nè l' intestina discordia gli lascierà unirsi insieme; nè spartiti potranno uno ad uno resisterci. Ma vi piaccia, o soldati, favoreggiare il nome dei Scipioni, il rampollo dei vostri comandanti, che quasi da recise piante rigermoglia. Su via, vecchi soldati, guidate il nuovo esercito, e il nuovo comandante di là dall' Ibero, e guidateli a quelle terre, che avete corse tante volte con molti fatti egregj. Farò in breve

tempo, che come in me riconoscete il viso, le fattezze, e i lineamenti del corpo di mio padre e zio, vi rappresenti puranche l' esempio, e l' espressa imagine del loro ingegno, fede e valore, sì che ognun dica a se stesso essere risuscitato, o *rinato il comandante Scipione.*

XLII. Infiammati con questo discorso gli animi de' soldati, lasciato a presidio del paese Marco Silano con tre mila fanti, e trecento cavalli, trasportò di là dall' Ibero tutte l'altre genti (erano venti cinque mila pedoni, duemila e cinquecento cavalli). Quivi però consigliandolo alcuni, che, poi ch'erano gli eserciti Cartaginesi spartiti in tre sì diverse regioni, assaltasse il più vicino, egli tèmendo il pericolo, se ciò facesse, che tutti i nemici non venissero a raccozzarsi insieme, e non poter solo esser pari a tanta gente, deliberò di combattere intanto Nuova-Cartagine, città e potente per le proprie sue forze, e piena di tutte le provvigioni di guerra dei nemici, (quivi eran l' armi, quivi il danaro, quivi gli ostaggi di tutta la Spagna) situata inoltre opportunamente per tragittare in Africa, e con porto assai capace per qualunque armata navale, e forse il solo sulla costa di Spagna, che

quemadmodum nunc noscitatis in me patris patruique similitudinem oris vultusque, et lineamenta corporis; ita ingenii, fidei, virtutisque exemplum expressam ad effigiem vobis reddam, ut revixisse, aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.

XLII. Hac oratione accensis militum animis, relicto ad praesidium regionis ejus M. Silano, cum tribus millibus peditum et trecentis equitibus, ceteras omnes copias (erant autem viginti quinque millia peditum, duo millia et quingenti equites) Iberum trajecit. Ibi quibusdam suadentibus, ut, quoniam in tres tam diversas regiones discessissent Punici exercitus, proximum adgrederetur, periculum esse ratus, ne eo facto in unum omnes contraheret, nec par esset unus tot exercitibus, Karthaginem Novam interim obpugnare statuit; urbem quum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico adparatu plenam; (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniae obsides erant) sitam praeterea quum opportune ad trajiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantaevis classi, et nescio an

unum in Hispaniae ora, qua nostro adjacet mari. Nemo omnium, quo iretur, sciebat, praeter C. Laelium. Is, classe circummissus, ita moderari cursum navium jussus erat, ut eodem tempore exercitus ostenderetur, et classis portum intraret. Septimo die ab Ibero Karthaginem ventum est simul terra marique. castra ab regione urbis, qua in septentrionem versa est, posita: his ab tergo (nam frons natura tuta erat) vallum objectum. Ceterum sita Karthago sic est. Sinus est maris media fere Hispaniae ora, maxime Africo vento obpositus, et quingentos passus introrsus retractus, paullulo plus passuum in latitudinem patens. hujus in ostio sinus parva insula objecta ab alto portum ab omnibus ventis, praeterquam Africo, tutum facit. ab intimo sinu peninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo condita urbs est, ab ortu solis et a meridie cincta mari: ab occasu stagnum claudit. paullum et ad septentrionem fusum; incertae altitudinis, utcumque exaestuat aut deficit mare. Continenti urbem jugum ducentos fere et quinquaginta

guarda il nostro mare. Nessuno sapeva dove si andasse, eccetto Cajo Lelio. Questi, mandato a fare il giro colle navi, aveva avuto ordine di così moderare il suo corso, che ad un tempo stesso comparisse l'esercito di terra, e la flotta entrasse in porto. Dopo sette giorni si venne al medesimo tempo dall'Ibero a Nuova-Cartagine per terra e per mare. Si piantò il campo a quella parte della città, ch'è volta a tramontana; al di dietro del campo (che la fronte era difesa dalla natura) si oppose uno steccato. Ecco del resto com'è situata Nuova-Cartagine. V' ha un seno di mare quasi nel mezzo della costa di Spagna, opposto massimamente al vento Africo, e ritratto infra terra cinquecento passi, e largo poco più. All'ingresso di questo una picciola isola, situata di fronte in alto mare, difende il porto da tutti i venti, fuor che dall'Africo. Dal fondo di questo seno scorre allungandosi una penisola, che è quello stesso rialzo, sul quale è fabbricata la città, cinta dal mare a levante e mezzo dì; a ponente la chiude uno stagno, che si allarga alcun poco a tramontana, di acque d'incerta altezza, secondo la forza del flusso o del riflusso. Si unisce la città al continente mediante un giogo di colline largo da dugento e cinquanta

passi; e quivi, sebbene fosse opera di non grande lavoro, non oppose il comandante Romano nessuna barricata, o per fare superbamente al nemico mostra di fidanza, o perchè al soldato, che dovea sovente accostarsi alle mura, fosse più facile la ritirata.

XLIII. Compiute tutte l'altre munizioni, dove occorreva, ordinò eziandio le navi nel porto, quasi mostrando di voler attaccare la città anche per mare; e fatto il giro della flotta, avvertiti i capitani, acciocchè facessero attenta guardia la notte, che il nemico assediato suol fare sul principio i più grandi sforzi; e tornato al campo, volendo informare i soldati per qual ragione avesse cominciata la guerra specialmente dal combattere Nuova-Cartagine, e per insieme confortarli nella speranza di prenderla, chiamatili a parlamento, così parlò; *Se crede alcun di voi, ch' io v' abbia qui tratti ad espugnare una sola città, questi, o soldati, ha più esattamente calcolate le vostre fatiche, che l' utilità dell' impresa. Perciocchè prenderete bensì le mura di una sola città, ma in questa prenderete tutta la Spagna. Qui sono gli ostaggi di tutti i re, di tutti i popoli più illustri; questi, come saran quelli caduti nelle vostre mani, tosto consegneranno in poter vostro tutto*

passus patens conjungit. unde quum tam parvi operis munitio esset, non objecit vallum imperator Romanus · seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti saepe ad moenia urbis recursus pateret.

XLIII. Cetera, quae munienda erant, quum perfecisset, naves etiam in portu, velut maritimam quoque ostentans obsidionem, instruxit: circumvectusque classem, quum monuisset praefectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent, omnia ubique primo obsessum hostem conari: regressus in castra, ut consilii sui rationem, quod ab urbe potissimum obpugnanda bellum orsus esset, militibus ostenderet, et spem potiundae cohortando faceret, concione advocata ita desseruit: *Ad urbem unam obpugnandum si quis vos adductos credit, is magis operis vestri, quam emolumenti rationem exactam, milites, habet. Obpugnabitis enim vere moenia unius urbis, sed in una urbe universam ceperitis Hispaniam. Hic sunt obsides omnium nobilium regum populorumque: qui, simul in potestate vestra erunt, extemplo omnia, quae nunc sub Kar-*

thaginiensibus sunt, in ditionem tradent. Hic pecunia omnis hostium, sine qua neque illi gerere bellum possunt, quippe qui mercenarios exercitus alant; et quae nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit. Hic tormenta, arma, armamenta, et omnis adparatus belli est, qui simul et vos instruet, et hostes nudabit. Potiemur praeterea quum pulcherrima opulentissimaque urbe, tum opportunissima portu egregio, unde terra marique, quae belli usus poscunt, suppeditentur. quae quum magna ipsi habebimus, tum demserimus hostibus multo majora. Haec illis arx, hoc horreum, aerarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum est. Hinc rectus in Africam cursus est: haec una inter Pyrenaeum et Gades statio: hinc omni Hispaniae inminet Africa. Sed, quoniam vos instructos et ordinatos cognosco, ad Karthaginem novam obpugnandam totis viribus et bono animo transeamus. Quumque omnes una voce, *hoc faciendum*, subclamarent, eos Karthaginem duxit. tum terra marique eam obpugnari jubet.

quello, ch' è ora dei Cartaginesi. Quivi è tutto il danaro dei nemici, senza il quale non possono far la guerra, come quelli, che mantengono soldati mercenarj; danaro, che ci sarà di grand' uso a conciliarci gli animi dei barbari. Quivi son l' armi, le macchine, tutto l' apparecchio di guerra, di che voi vi fornirete, e sarà il nemico spogliato. Conquisteremo inoltre una bellissima, e ricchissima città, coll' opportunità di egregio porto, donde saremo provveduti per mare e per terra di ciò, che bisogna alla guerra; cose che avremo in buon numero, e che in numero assai maggiore torremo ai nemici; perocchè questa è la rocca loro, il granajo, l' erario, l' arsenale, questo il gran ricetto di tutto. Di qua si naviga dirittamente all' Africa; questa è la sola posata tra i Pirenei, e Cadice; di qua l' Africa la Spagna tutta minaccia. Ma perchè vi vedo ben ordinati ed agguerriti, passiamo con tutte le forze, e di buon cuore a combatter Nuova-Cartagine. Ed avendo tutti ad una voce gridato, *passiamo*, li conduce alla città; poscia comandò, che la si battesse per mare e per terra.

XLIV. All' incontro Magone, comandante dei Cartaginesi, vedendo che si faceano gli apparecchi dell' assedio per terra, e per mare, anch' egli mette in ordine le sue forze. Oppone due mila terrazzani dalla parte, dov' era il campo Romano; tiene la rocca con cinquecento soldati; cinquecento ne mette sul poggio più alto della città volto a Levante; impone a tutta l' altra moltitudine, che attenta a tutto corra, dove il grido, e il bisogno improvviso la chiamasse. Indi, spalancata la porta, manda fuori le genti, che avea schierate su la via, che guida al campo nemico. I Romani, per ordine dello stesso comandante, cedettero alcun poco, ond' essere più vicini ai sussidj da mandarsi nel calore stesso della mischia. E dapprima non ci ebbe disparità; indi i soccorsi, che venivano di mano in mano dal campo, non solamente voltarono in fuga i nemici; ma sì dappresso gli incalzarono, che se non si fosse sonato a raccolta, pareva che misti ai fuggitivi sarebbero penetrati nella città. Nè fu maggiore lo spavento nella battaglia, che nella città stessa; molte poste furono lasciate per paura e per fuggire; si abbandonaron le mura, saltando ciascuno a terra dal luogo, che gli veniva più comodo.

XLIV. Contra Mago Poenorum dux, quum terra marique instrui obpugnationem videret, et ipse copias ita disponit. Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua castra Romana erant, obponit: quingentis militibus arcem insedit: quingentos tumulo urbis in orientem verso inponit: multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad omnia obcurrere jubet. Patefacta deinde porta, eos, quos in via ferente ad castra hostium instruxerat, mittit. Romani, duce ipso praecipiente, parumper cessere, ut propiores subsidiis in certamine ipso submittendis essent. Et primo haud inpari stetere acie: subsidia deinde, idemtidem submissa e castris, non averterunt solum in fugam hostes, sed adeo effusis institerunt, ut, nisi receptui cecinisset, permixti fugientibus inrupturi fuisse in urbem viderentur. Trepidatio vero non in proelio major, quam tota urbe fuit. multae stationes pavore atque fuga desertae sunt, relictique muri; quum, qua cuique erat proximum, desiluissent

Quod ubi egressus Scipio in tumulum, quem Mercurii vocant, animadvertit, multis partibus nudata defensoribus moenia esse; omnes e castris excitos ire ad obpugnandam urbem, et ferre scalas jubet. ipse, trium prae se juvenum validorum scutis obpositis, (ingens enim jam vis omnis generis telorum e muris volabat) ad urbem succedit, hortatur, imperat, quae in rem sunt: quodque plurimum ad accendendos militum animos intererat, testis spectatorque virtutis atque ignaviae cujusque adest. Itaque in vulnera ac tela ruunt; neque illos muri, neque superstantes armati arcere queunt, quin certatim adscendant. Et ab navibus eodem tempore ea, quae mari adluitur, pars urbis obpugnari coepta est. Ceterum tumultus inde major, quam vis, adhiberi poterat: dum adplicant, dum partim exponunt scalas militesque, dum, qua cuique proximum est, in terram evadere properant, ipsa festinatione et certamine alii alios inpediunt.

XLV. Inter haec repleverat jam Poenus armatis muros, et vis magna, ex ingenti copia congesta, telorum suppeditabat. Sed neque

Il che avendo osservato Scipione dal poggio, che chiamano di Mercurio, ch' eran cioè le mura della città in molti luoghi senza difensori, ordina che tutti uscendo dal campo vadano all' assalto, e portino le scale. Egli stesso, coperto dagli scudi di tre giovani gagliardi (che già piovea dalle mura ogni sorta di saettame) si fa sotto la città, esorta, comanda ciò che occorre, e quello, che più valeva ad accendere gli animi de' soldati, egli in persona è testimonio, e spettatore della virtù, o codardia di ciascuno. Quindi gettansi a precipizio incontro ai dardi, alle ferite; nè le mura, nè i sovrastanti armati vietar possono, che non montino a gara. E al tempo stesso si cominciò dalle navi a combattere la parte della città, che è bagnata dal mare. Quivi però si potea più far romore, che forza. Mentre approdano, mentre sbarcano in fretta e scale e soldati, mentre ciascuno, com' è più vicino, si affretta di prender terra, collo stesso avacciarsi, ed incalciarsi, gli uni gli altri s' impediscono a vicenda.

XLV. Aveva intanto il Cartaginese guernite tutte le mura di armati, e ci era immensa quantità di giavellotti in grandi mucchj ammontati. Ma nè dagli

